Ὁ δὲ Ἰακὼβ γεννᾷ τοὺς δώδεκα πατριάρχας, τὸν Ῥουβίμ, τὸν Συμεών, τὸν Λευί, τὸν Ἰουδὰν καὶ τοὺς λοιποὺς καθεξῆς. ἠγάπα δὲ τὸν Ἰωσὴφ πλέον τῶν ἄλλων καὶ διὰ τὸ νεώτατον αὐτὸν εἶναι καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετήν. ἐφ' ᾧ καὶ φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. οὐ διὰ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ὁράσεις ὧν ἐκεῖνος γέγονε θεωρός. ἑώρα γὰρ ἀστέρας ἕνδεκα, σὺν αὐτοῖς τε τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, προσκυνοῦντας αὐτόν. καὶ οἱ μὲν ἀστέρες ἐδήλουν D τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ὁ ἥλιος τὸν πατέρα, ἡ δὲ σελήνη τὴν μητέρα. εἰ δὲ λέγει τις, πῶς ἡ μήτηρ λέγεται προσκυνῆσαι, ἐπεὶ προαποθανεῖν ἔφθασεν, ἀκουέτω ὅτι τοῦ Ἰακὼβ κατελθόντος ἐν Αἰγύπτῳ καὶ προσκυνήσαντος συμπροσκυνῆσαι λέγεται καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ὅτι καὶ σῶμα ἓν ἀμφότεροι οὗτοι. οὐκοῦν ἐφθόνουν αὐτῷ διὰ τοῦτο οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. καὶ φθονοῦντες εἰς ἐπιβουλὴν προδήλως χωροῦσι, καὶ θανατῶσαι θέλοντες αὐτὸν ἐμβάλλουσι λάκκῳ δεινῷ. ἑνὸς δέ τινος ὑποθήκαις, δηλαδὴ τοῦ Ῥουβὶμ ἅτε πρὸς αὐτὸν φι- P. 144

gnum eius complures in dominatus et imperia divisum fuit. principes ipsi non destitere seipsos alter alterum invadere, donec imperium Romanum particulares istos dominatus omnes e medio sustulit. ac de his quidem hactenus.

Caeterum Iacobus patres illos familiarum principes 12 genuit, Rubenum Symeonem Levium Iudam et reliquos ordine subsequentes. amabat autem plus caeteris Iosephum, tum quod esset natu minimus, tum virtutis causa, qua singulari praeditus erat. itaque illi caeteri fratres invidebant, et quidem non has ob causas modo, verumetiam propter insomnia, quae ei se noctu offerebant. nam videre videbatur aliquando stellas 11 cum ipso sole ac luna se congenulando venerantes. ac stellae quidem ipsae fratres significabant, sol patrem, luna matrem. quodsi quis roget quo pacto dicatur mater eum venerata esse, quae multo ante diem in terris supremum obierat, is quid dicturi simus audiat. cum Iacobus in Aegyptum profectus Iosephum summisse veneratus est, eundem ei venerationis honorem et uxor exhibuisse dicitur, uti quae corpus unum cum ipso existeret. atque hanc ob causam fratres eum invidia persequebantur, qua quidem impulsi eo quoque progrediuntur ut insidias ei manifestas struerent. cumque morte multaturi hominem essent, periculosam in voraginem abiiciunt. sed unius cuiusdam e fratribus consilio, qui Rubenus erat, vir propenso ac benevolo in Iosephum animo, de voragine rursus eum ex-

λίως διακειμένου, τοῦ λάκκου τε αὐτὸν ἐξάγουσι, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν εἴκοσι μνῶν τοῖς ἐμπόροις ἀποδεδόασι. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν πατέρα ἐπιστρέψαντες τὸν μὲν Ἰωσὴφ ἔλεγον μὴ ἰδεῖν, χιτῶνα δὲ τούτου εὑρεῖν ᾑμαγμένον καὶ λελακισμένον, ὡς ἐντεῦθεν ὑπόνοιαν τάχα διδόναι παρὰ θηρίων αὐτὸν ἀπολέσθαι. κατάγεται οὖν παρὰ τῶν ἐμπόρων εἰς Αἴγυπτον, καὶ ὡς δοῦλος ἐκεῖσε πιπράσκεται.
B οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ εἰς ἔρωτας ἀσέμνους παρὰ τῆς κυρίας αὐτοῦ ἐφέλκεται. ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο· εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα δοῦλος, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐλεύθερος. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς ὀργὴν αὐτὴν κινεῖ. μελετᾷ κατ' αὐτοῦ, κατηγορεῖ, πείθει εἰς φυλακὴν αὐτὸν ἐμβαλεῖν. γίνεται ταῦτα, καὶ τρισκαίδεκα ἔτεσιν κατάκλειστος ἦν· τῇ δὲ τοιαύτῃ φυλακῇ καὶ ἕτεροι δύο συνῆσαν, οἰνοχόος τε καὶ ἀρτοποιός· οἷς δὴ παραδόξως καὶ τὰ ἐσόμενα προηγόρευσε. καὶ τῷ μὲν οἰνοχόῳ ἐλευθερίαν
V. 112 προέλεγε διὰ τριῶν ἐμμένειν ἡμερῶν· ἑώρα γὰρ ἐκ τρι-
C ῶν κλημάτων ἀποθλιβομένους βότρυας δι' αὐτοῦ εἰς φιάλην, καὶ τὸν βασιλέα χαριέντως ἐξ αὐτοῦ ταύτην λαμβάνοντα. ὅθεν καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε „μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς δια ταῦτα ἀπερχόμενος· οὐδὲν γὰρ ὁμαρτόντες ἐν δεσμοῖς γεγόναμεν, ἀλλὰ σωφροσύνης ἕνεκα τὰ τῶν κακούργων ὑπομένειν κατεκρίθη-

3. ὑποστρέψαντες? 21. κατεκρίθημεν] ἠξιώθημεν F.

trahunt, ac viginti minis (sic enim Iosephus in historia sua memoriae prodidit) quibusdam mercatoribus vendunt. hinc ad parentem reversi Iosephum quidem se nusquam vidisse narrant, tunicam vero ipsius reperisse cruentatam ac discerptam, ut hoc modo pater in suspicionem veniret fortasse filium a feris interemptum esse. interim ipse a mercatoribus in Aegyptum abducitur, atque illic in morem mancipii venditur. non longo tempore interiecto ab hera sua foedos et turpes ad amores pellicitur, a qua tamen eo minime perpellitur: quamvis enim corpore servus esset, nihilo tamen minus animo erat ingenuus. hanc ob causam illa excandescit, aliquid in Iosephum mali molitur, accusat, marito persuadet, hominem in vincula coniiciat. succedit quod instituerat, adeoque totos 13 annos Iosephus in vinculis detinetur. erant in eodem carcere conclusi et alii duo, quorum unus a poculis regi fuerat, alter pistor. his ille nova et inaudita quadam ratione futura praedixit, atque illi quidem, a poculis qui fuerat, libertatem intra triduum restituendam vaticinatus est. nam somniaverat se de tribus palmitibus uvas in phialam Pharaonis exprimere, ac deinde regem ex ea non illubenter hausisse. monuit autem hunc ut carcere liberatus sui per contemptum non oblivisceretur: nam nullo, inquit (Gen. 40 14), facinore designato in hosce carceres compacti sumus, sed propter castitatem ad haec flagitioso-

μεν." τῷ δὲ ἀρτοποιῷ λέγοντι τρία κανᾶ φέρειν ὑπὲρ κεφαλῆς ἑαυτοῦ, καὶ δύο μὲν ἄρτων πλέα, τὸ δὲ τρίτον ὄψων τε καὶ ποικίλων βρωμάτων, καταπταμένους δὲ οἰωνοὺς ἅπαντα δαπανᾶν, κἀντεῦθεν προσδοκῶντι ὁμοίαν τῷ οἰνοχόῳ τὴν D πρόῤῥησιν ἔσεσθαι, δύο τὰς πάσας ἔτι τοῦ ζῆν ἔλεγεν ἔχειν ἡμέρας· τὰ γὰρ κανᾶ τοῦτο σημαίνειν, τῇ τρίτῃ δὲ αὐτὸν σταυρωθέντα βορὰν ἔσεσθαι πετεινοῖς. γενέθλιον ἐπιτελεῖ ὁ βασιλεύς, καὶ τηνικαῦτα τὰ τῆς προῤῥήσεως γίνεται. ἐπιλανθάνεται τούτου ὁ οἰνοχόος. ἐνιαυτοὶ δύο παρέρχονται. ὁρᾷ κατὰ νύκτα ὁράσεις δύο ὁ Φαραώ. ἀμηχανοῦσιν ἐπὶ τούτοις οἱ τῶν Αἰγυπτίων σοφοί. καλεῖται ὁ Ἰωσήφ, τοῦ οἰνοχόου τοῦτο προτρέψαντος. ἡ δὲ ὅρασις βόες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ νάματος ἐπὶ τὸ ἕλος ἐρχόμεναι· ἄλλαι ἰσάριθμοι ἐκ τοῦ ἕλους ὑπαντῶσαι, λίαν κατισχνωμέναι, καὶ P. 145 κατεσθίουσαι τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, κἂν οὐδὲν ἐκ τοῦ φαγεῖν ὠφελοῦντο. ἡ δὲ δευτέρα ὅρασις στάχυες εὐτραφεῖς ἑπτὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ὑφ' ἑτέρων ἑπτὰ διεφθαρμένων καὶ ἀσθενῶν δαπανώμενοι. ἔτος δὲ τριακοστὸν ὁ Ἰωσὴφ τηνικαῦτα ἤνυεν. ἑρμηνεύει τὰς ὁράσεις, τιμᾶται παρὰ τοῦ Φαραὼ, ἄρχων Αἰγύπτου καθίσταται. πρὸς τούτοις δὲ καὶ

8. τὰ deerat.

rum hominum supplicia toleranda sumus condemnati. pistori vero, qui diceret se visum sibi gestare tria canistra in capite, quorum duo panibus essent plena, tertium obsonio variisque cibis, sed aves advolasse ac omnia surrepta devorasse, quique futurum adeo exspectaret ut ipsi quoque Iosephus consimile priori vaticinium promeret, respondit duos in universum vitae dies ei superesse, qui per bina canistra denotarentur, tertio in crucem actum corpore suo pasturum alites. secundum haec Pharao diem suum natalicium celebrat, quo eventus omnia comprobat quae praedicta fuerant. Iosephi tamen obliviscitur is qui regi a cyathis erat. anni duo praetereunt. insomnia duo Pharaoni per quietem offeruntur. Aegyptiorum sapientes ea nulla ratione possunt interpretari: hortatu eius qui regi a poculis erat, Iosephus arcessitur. somnium unum fuerat huiusmodi. rex videre sibi visus erat septem vaccas corpore pingui ac bene curato, quae emersae de flumine in carectum se conferrent; atque his alias numero pares occurrere, macie confectas admodum, quae tametsi opimas illas atque magnas devorarent, nihilo tamen inde pinguiores fieri viderentur. alterum erat tale: septem opimae spicae, de radice una enatae, ab aliis septem spicis tenuibus atque corruptis absumebantur. compleverat id temporis Iosephus annum aetatis trigesimum, cum haec somnia interpretaretur. quo facto magnis a Pharaone honoribus adficitur et princeps atque praefectus Aegypti constituitur, indeute ipsi

Ψομθομφάνιχον αὐτὸν ὁ Φαραὼ προσαγορεύει, τουτέστιν
ἐφευρετὴν τῶν κρυπτῶν. τὸν δὲ λιμὸν ἐκεῖνον ἱστορεῖ γενέ-
B σθαι διὰ τὸ μήτε τὸν Νεῖλον τότε ἀνελθεῖν μήτε δρόσον ἄνω-
θεν κατελθεῖν. γεννᾷ δὲ Ἰωσὴφ καὶ δύο υἱούς, Μανασσῆν
καὶ Ἐφραΐμ. καὶ τὸ μὲν Μανασσῆς σημαίνει ἐπιλήθον· εὐ-
δαιμονήσας γὰρ λήθην τῶν ἀτυχημάτων ἔλαβε. τὸ δὲ Ἐφραΐμ
ἀποδιδούς· αὐτὸς γὰρ τοῖς προγόνοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδω-
κε. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Οἱ δέ γε τοῦ Ἰακὼβ υἱοὶ ἀκούσαντες τὰ παρὰ Συχὲμ
τοῦ υἱοῦ Ἐμὼρ γεγενημένα ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῶν Δινᾷ κα-
τενύγησαν ἤγουν ἐλυπήθησαν, ἀσχημοσύνην τὸ πρᾶγμα ἐλογί-
C σαντο. ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς ἐκεῖσε παροικοῦντας ἔργον φόνου πε-
ποιήκασιν. ὅθεν καὶ συγχωρεῖ αὐτοὺς ὁ θεὸς καιρὸν ἱκανὸν
κακωθῆναι κατ' Αἴγυπτον. αὕτη οὖν ἡ αἰτία τῆς πολυετοῦς
καὶ πρώτης αἰχμαλωσίας αὐτῶν. ὁ μέντοι Ἰακὼβ ζητηθεὶς
παρὰ τοῦ Ἰωσήφ, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν ἀπῆλθον οἱ ἀδελφοὶ αὐ-
τοῦ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ λιμοῦ, κατῆλθον εἰς Αἴγυπτον ἐν ο'
καὶ ε' ψυχαῖς. τίθησι δὲ τὸν ἀριθμὸν ἡ γραφή, ἵνα μάθωμεν
D ἐκ πόσων πόσοι γεγόνασιν. ὁ δέ γε Ἰακὼβ μικροῦ δεῖν ἐξέλιπεν
V. 113 ἐκ τῆς ἀπροσδοκήτου χαρᾶς, ὥς φησιν Ἰώσηπος, εἰ μὴ ὁ Ἰω-
σὴφ αὐτὸν ἀνεζωπύρησεν· εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ὑφ' ἡδονῆς ἡτ-

novam appellationem Pharaone, qua Psomtophanichus deinceps vocaretur, quae vox occultorum repertorem significat. caeterum caritatem illam annonae profectam ex ea causa perhibent, quod iis annis neque Nilus extra suas se ripas effuderit neque ros ex aëre fuerit delapsus. duos autem Iosephus filios genuit, Manassem et Ephraemum. Manassis appellatio significat priorum oblitum: posteaquam enim ad eam felicitatem pervenisset, calamitatum pristinarum oblivionem consecutus erat. Ephraemus tantundem sonat ac si dicas, qui restituit eum: nam libertatem maioribus restituit. et haec quidem in hunc modum evenere.

Iacobi autem filii cum accepissent quid Sichemus Emoris F. cum sorore sua Dina perpetrasset, puncti sunt, hoc est dolore adfecti, ut qui facinus hoc turpissimum ducerent. itaque cunctos loci eius incolas ferro trucidarunt. quamobrem concessit deus ut satis longo tempore in Aegypto adflictarentur. nam haec causa fuit quamobrem diuturnam et primam illam captivitatem experirentur. caeterum Iacobus, adventum ipsius flagitante Iosepho, quo tempore fratres ad ipsum urgente annonae caritate se contulerant, in Aegyptum 75 cum capitibus est profectus. atque hunc numerum quoque litterae sacrae penitus exprimunt, ut quanta hominum multitudo procreata de tot capitibus fuerit sciremus. Iacobus ipse, quemadmodum in historia sua Iosephus meminit, prae necopinato gaudio parum absuit quin exspi-

τῶν τοῦ πάθους γέγονεν, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ Ἰακώβ. ὁ μέντοι Φαραὼ πολιὸν ἰδὼν τὸν Ἰακὼβ ἐρωτᾷ περὶ τῶν ἐτῶν αὐτοῦ. καὶ ὃς ἀπεκρίνατο λέγων „αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου ἃς παροικῶ, ρλ' ἔτη, μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασι." ταῦτα δὲ ἔλεγε δι' οὓς ὑπέστη πειρασμούς. ἐπέζησε δὲ μετὰ ταῦτα ἔτη ιε' εἰς παράκλησιν ὧν ἔπαθε δεινῶν P 146 τὰ πρὸ τοῦ. καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ πολὺν χρόνον ἔζων, ὥστε αὐξηθῆναι τὸ γένος ἐν τῷ πλείονι χρόνῳ. διὰ τοῦτο καὶ πολλαῖς συνήπτοντο γυναιξίν. αὐτίκα γοῦν καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν μακρόβιοι ἦσαν. ἐπειδὴ δὲ τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσαν, ἠλαττώθη λοιπὸν ὁ τῶν ἐτῶν ἀριθμός. κατὰ δὲ τὸν θειότατον Κύριλλον, ἠλαττώθη τὰ ἔτη διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν ἀδρανεστέραν τῷ χρόνῳ γενέσθαι καὶ μὴ ἐπὶ πλείοσιν ἰσχύειν ἔτεσι παρεκτείνεσθαι. καὶ πολυετεῖς μὲν ἦσαν οἱ παλαιοὶ δι' ἣν αἰτίαν ἔφθασεν ὁ λόγος εἰπεῖν· ὁ δὲ Ἰώσηπος B τῇ παρευρισκομένῃ τότε τροφῇ μακροβίους γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἔλεγε.

Καὶ γεννᾷ μέν, ὡς εἴρηται, τοὺς δώδεκα πατριάρχας ὁ Ἰακώβ, ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πατριάρχας ἐκεῖνος ὁ λόγος ἐκάλεσεν ὡς τῶν πα-

raret, ni videlicet Iosephus eum recreasset, qui tametsi et ipse voluptatis magnitudine superaretur, non tamen eodem modo quo Iacobus adficiebatur. atque heic cum Pharao Iacobum iam canum intueretur, quot natus esset annos interrogat. respondet is hanc in sententiam (Gen. 47 9) „anni vitae meae, quos peregrinatus sum, omnino sunt centum et triginta, quos ipsos sane paucos et malos expertus sum." quae quidem verba propter eas adflictiones et aerumnas protulit quas perpessus fuerat. vixit autem ab hoc tempore quindecim adhuc annos, quibus nonnihil scilicet a calamitatibus, quas antehac pertulerat, recrearetur. et vivebant sane longam aetatem homines illi prisci, quo genus humanum in maioribus illis vitae spatiis eo felicius propagaretur et amplificaretur. eadem causa fuit cur pluribus simul uxoribus iuncti essent. post diluvium quidem certe multos adhuc annos vivendo explebant. at ubi paulatim orbem terrarum complessent, annorum etiam vitae numerus imminui coepit. quodsi credere Cyrillo debemus, viro divinissimo, illa quoque de causa hominum annis aliquid decessit, quod ipsa natura paulatim debilior fiat et ad plures annos se conservare nequeat.

Genuit autem, ceu iam ante monuimus, patriarchas Iacobus duodecim, a quibus duodecim Israelicae tribus ortae sunt. etenim hanc ipsam ob causam in litteris sacris appellari patriarchae consueverunt, quasi patrion archontes, id est tribuum sive familiarum principes. Epiphanius scripsit, tribus exstitisse tredecim. quamquam

τριῶν ἤτοι τῶν φυλῶν ἄρχοντας. κατὰ δὲ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον δέκα καὶ τρεῖς αἱ φυλαί. εἰ γὰρ καὶ φυλή τις οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ, ἀλλ' αἱ ἀπὸ τῶν παίδων αὐτοῦ, τοῦ τε Μανασσῆ καὶ τοῦ Ἐφραΐμ, δύο φυλαὶ τοῦ Ἰωσὴφ γνωρίC ζονται. ὅμως μέντοι τῆς Λευὶ φυλῆς ὑπεξαιρουμένης ὡς μηδὲν ἐργαζομένης, δώδεκα πάλιν αἱ φυλαί. καὶ Ἰακὼβ μὲν γεννᾷ τὸν Λευί, Λευὶ δὲ τὸν Καάθ, Καὰθ δὲ τὸν Ἀμράμ, Ἀμρὰμ δὲ τὸν Μωσέα καὶ τὸν Ἀαρών. καὶ Μωσῆς μὲν ἕκτος ἀπὸ Ἀβραάμ.

Ἐκεῖθεν γενεαλογούμενος ὁ Ἰὼβ πέμπτος εὑρίσκεται. οὗτος ὁ Ἰὼβ κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ἐξήγησιν ἐτῶν ο' καὶ η' ἦν κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ πειρασμοῦ, ἐν δὲ τῇ πληγῇ διατελέσας ἔτη ἑπτὰ γέγονεν ἐτῶν πε'. καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐκ τῶν μετὰ τὴν πληγὴν δοθέντων αὐτῷ ρο' ἐτῶν.
D ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ διπλάσιον δέδωκε πάντα τῷ Ἰὼβ ὕστερον ὁ θεός, ἐξ ἀνάγκης διπλᾶ καὶ τὰ ἔτη αὐτῷ ἐχαρίσατο. οὐκοῦν τῶν ρο' τὰ ἡμίση π' καὶ ε' τυγχάνουσιν. ἐντεῦθεν οὖν εὑρίσκονται τὰ πάντα ἔτη τοῦ Ἰὼβ σνε'. εἰ δέ γε τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ σμη' ἔτη λέγει ἡ γραφή, μὴ ξενισθῇς· τὰ γὰρ ἑπτὰ ἔτη τῇ ζωῇ τῆς πληγῆς αὐτοῦ οὐ συνῆψεν ὁ συγγραφεύς, ἐπεὶ μὴ ζωῆς χρόνον τὸν τῆς πληγῆς

enim ex Iosepho nulla tribus est denominata, duae tamen illae tribus, quae a filiis eius Manasse ac Ephraimo profectae sunt, Iosepho accensentur et tribuuntur. sed enim Levia tribu detracta, uti quae nihil inter reliquas tribus haberet fructus, rursum tribus duodecim efficiuntur. erat inter caeteros Iacobi filios Levius, qui Caathum procreavit; ex Caatho natus est Amramus; Amramus Mosem et Aaronem progenuit. hoc modo sextus ab Abrahamo fuit Moses.

Ab eodem Abrahamo si Iobi generis seriem repetas, deprehendes eum ab illo fuisse quintum, hoc est Abrahami adnepotem. atque hic Iobus, quemadmodum a magno illo Cyrillo perscriptum legimus, initio suae tentationis annos natus erat 78. cumque totos annos septem in istac aerumna exegisset, pervenit scilicet ad aetatis annum 85. unde vero potest hoc colligi? de annis illis 170, quorum post plagam in historia fit mentio. nam quia deinceps duplum omnium deus Iobo concessit, necessario statuendum est quod ei duplum etiam annorum vitae largitus fuerit. iam si de 170 annis dimidium sumas, 85 habebis. atque hinc deprehenditur annos vitae Iobi fuisse in universum 255. quod autem litterae sacrae tradunt totum vitae Iobi tempus habuisse 248 annos, id vero tibi novum et insolens haud videatur. nam septem illos annos quibus misere divexatus afflictusque fuit, historiae scriptor ipsius vitae non adnumeravit, quod tem-

καιρὸν ἐλογίσατο διὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους νέκρωσιν. οὐκοῦν ἔοικεν ὁ μακαριος Ἰὼβ εἰς ἔνδειξιν τῶν θεόθεν αὐτῷ δοθέντων ἀγαθῶν ὕστερον ταῖς θυγατράσι τεθεικέναι τὰς προσηγορίας· P. 147 τοῖς πράγμασι γὰρ ἀκολούθως ἐπήνεγκεν αὐταῖς καὶ τὰ ὀνό- V. 114 ματα, καὶ τὴν μὲν πρώτην Ἡμέραν ἐκάλεσεν ὡς ἀπό τινος βαθείας νυκτὸς τῶν περιστοιχισάντων αὐτὸν χαλεπῶν ἡμέρας αὐτῷ φωτεινῆς ἐπιλαμψάσης, τὴν δὲ δευτέραν Κασίαν ὠνόμασεν ὡς ἤδη λοιπὸν ἐν εὐωδίᾳ τινὶ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀγαθῶν γενόμενος, τὴν δὲ τρίτην Ἀμαλθείας κέρας προσηγόρευσεν ὡς ἅπασι λοιπὸν τοῖς ἀγαθοῖς περιρρεόμενος. Ἀμαλθείας γὰρ κέρας οἱ παλαιοὶ τὴν ἀφθονίαν ἐκάλουν· λέγεται γὰρ B ὅτι ἦν αἰπόλῳ τινὶ αἲξ Ἀμάλθεια καλουμένη, ἥτις ὀρύξασα τῷ κέρατι θησαυρὸν ἀνέδειξε τῷ δεσπότῃ. καὶ οὐχ εὑρέθησαν γάρ, φησι, κατὰ τὰς θυγατέρας Ἰὼβ βελτίους αὐτῶν ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν. διὰ τί δὲ τοῦτο; ἵνα τῇ θέᾳ τούτων ἡ τοῦ πάθους ἀπαλειφθῇ μνήμη παντάπασι. καὶ δέκα μὲν ἔλαβε παῖδας μετὰ τὴν πληγὴν ὁ Ἰώβ, ὅτι καὶ δέκα τούτους ὄντας ἀπώλεσεν. εἰ δὲ διπλᾶ λέγει τὰ πάντα λαβεῖν τὸν Ἰὼβ ἡ γραφή, μὴ θαύμαζε. τὰ γὰρ λοιπὰ πάντα, καμήλους, ἡμιόνους, προβάτων ἀγέλας, καὶ ὅσα τοιαῦτα, διπλᾶ C

pus illud aerumnosum, quo tantum non prae magnitudine doloris emortuus erat, nequaquam pro vita duceret. videtur autem beatus ille Iobus ad commonstrandum ea bona quae deinceps ei concessa divinitus fuerunt, nomina filiabus suis dedisse. nam eiusmodi sane appellationes eis indidit, quae rebus ipsis accurate convenirent. ac primae quidem cognomentum diei dedit, quasi iam ex profunda quadam nocte rerum adversarum, quibus undique fuisset circumdatus, dies ipsi clarissima illuxisset. alteram Cassiam vocavit, quasi iam deinceps in fragrantia quadam et fruitione bonorum degeret. tertiam appellavit cornu Amaltheae, quasi posthac futurum esset ut bonis omnibus adflueret. nam homines illi prisci cornu Amaltheae vocabant rerum omnium copiosam abundantiam. perhibent enim caprarium quendam pastorem habuisse capram cui Amaltheae nomen esset. ea cum terram cornu fodiendo aperuisset, hero suo thesaurum ostendit. legimus autem hac in historia verba quaedam huiusmodi (Iob. 42 15) „nec Iobi filiabus pulchritudine pares ullae sub coelo extabant." quamobrem deus istud ita voluit? ut harum videlicet intuitu paterni doloris memoria prorsus aboleretur. idem a calamitate liberos decem procreavit tantum, cum antea quoque liberis decem orbatus fuisset. heic mirari desine quamobrem litterae sacrae dicant omnia divinitus Iobo conduplicata fuisse. nam caetera quidem omnia, camelos mulos ovium greges aliaque talia conduplicata, ceu litterae sacrae loquuntur, recepit. quippe morti cuncta illa sunt obnoxia, nec in extremo

κατὰ τὴν γραφὴν ἔλαβε· θνητὰ γὰρ ταῦτα πάντα, καὶ οὐκ ἀναστήσονται τότε. οἱ δὲ παῖδες ὁμολογουμένως ἀναστήσονται τότε. ἐφ' ᾧ δέκα καὶ μόνους ἐνταῦθα λαμβάνει μετὰ τὴν πληγήν. ὀψὲ δὲ κἀκείνους οὓς ἀπώλεσε λήψεται, ὡς ἐντεῦθεν δὶς δέκα παῖδας ἔχειν αὐτόν, τουτέστιν εἴκοσι. καλῶς οὖν ἡ γραφὴ διπλᾶ λαβεῖν ἔλεγε τὰ πάντα μετὰ τὴν πληγὴν τὸν Ἰώβ.

Καὶ γεννᾷ Ἀμράμ, ὡς εἴρηται, τὸν Μωσέα, καὶ παρευθὺς εἰς ποταμὸν ῥίπτουσιν αὐτόν, ἐν θίβῃ τινὶ πρότερον
D βαλόντες, διά γε τὸν φόβον τοῦ Φαραώ· τὰ γὰρ ἄρρενα τῶν Ἑβραίων παιδία θανατοῦσθαι ἐκέλευσε χάριν τοῦ μὴ καταδυναστεῦσαι διὰ τὸ πλῆθος αὐτούς. ἡ δὲ τοῦ Φαραὼ θυγάτηρ περιπατοῦσα κατ' αἰγιαλόν, καὶ ἰδοῦσα τὴν θίβην, ἐκβληθῆναι τοῦ ποταμοῦ κελεύει αὐτήν. ἔνθεν τοι καὶ μαθοῦσα ὅθεν τὸ παιδίον καὶ ὅπως εἰς τὸν ποταμὸν ἐρρίφη, παρ' αὐτοῦ λαμβάνει αὐτὸ καὶ ἀνατρέφεσθαι δίδωσιν. εἶθ' οὕτως εἰς ἄνδρας ἔρχεται. ὁρᾷ Ἰουδαῖον ὑπὸ Αἰγυπτίου θλιβόμενον, οὐκ ἀνέχεται, κτείνει τὸν Αἰγύπτιον, παρὰ τῇ ἄμμῳ
P. 148 κρύπτει αὐτόν. μετὰ τοῦτο δύο Ἑβραίους ὁρᾷ πρὸς ἀλλήλους διαπληκτιζομένους, καὶ καταλλάσσειν ἐπιχειρεῖ αὐτούς. οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν „τίς σε κατέστησεν ἐφ' ἡμῖν ἄρχοντα; μὴ βούλει καὶ ἡμᾶς ἀνελεῖν, ὡς χθὲς τὸν Αἰγύπτιον;" ταῦτ'

die resurgent. at vero de liberis dubitari nullo modo potest quin resurrecturi sint. propterea decem a calamitate tantum recipit, nimirum et alios illos pridem amissos tandem aliquando recuperaturus. quo de colligitur eum habuisse bis decem liberos, hoc est viginti. atque hoc modo patet litteras sacras recte locutas esse, cum Iobum aiunt a calamitate omnia conduplicata recepisse.

Caeterum Mosem, ceu diximus, Amramus ex se genitum, mox Pharaonis metu quadam in theca depositum in flumen abiecit. nam Pharao masculos Hebraeorum fetus, ut primum in lucem editi forent, necari iusserat eam ob causam, ne propter multitudinem Aegyptios imperio suo subiicerent. at vero filia Pharaonis in littore deambulans, ubi cistam illam iunceam conspexisset, ut e flumine ad terram eiiceretur imperat. deinde cognito unde puer eo pervenisset et quo pacto fuisset in flumen abiectus, ad se illum recipit et alendum tradit. posteaquam Moses virilem aetatem attigisset, forte quendam Hebraeum ab Aegyptio vexari conspiciens haud tulit iniuriam, sed Aegyptium illum interficit, et arena interfectum obruit. hinc duos Hebraeos videt inter se rixando confligentes, quos cum reconciliare conaretur, et quis, aiunt illi (Exod. 2 14), te nobis principem constituit? an et nos interficere cogitas, quemadmodum heri necasti

οὖν ὁ Μωσῆς ἀκούσας, καὶ πτοηθεὶς μήποτε κατάδηλος γέ-
νηται, ἀπαίρει τῶν ὁρίων Αἰγύπτου καὶ δραπετεύει πρὸς
ἔρημον. εἶτα θεὸν ὁρᾷ, κἀκεῖθεν πρὸς Φαραὼ στέλλεται
τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν λαόν. καὶ ταῦτα μὲν ἡ Μωσαϊκὴ διέξει-
σιν ἱστορία.

Ὁ δὲ Ἰώσηπος περὶ τούτου καὶ τάδε. τῶν ἱερογραμμα-
τέων τις (καὶ γάρ εἰσι δεινοὶ περὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀλή- B
θειαν) ἀγγέλλει τῷ βασιλεῖ τεχθήσεσθαί τινα κατ' ἐκεῖνον τὸν
καιρὸν τοῖς Ἰσραηλίταις, ὃς ταπεινώσει μὲν τὴν τῶν Αἰγυπτίων V. 115
ἡγεμονίαν, αὐξήσει δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας τραφείς, ἀρετὴν
πάντας ὑπερβαλεῖ καὶ δόξαν ἀείμνηστον κτήσεται. δείσας δὲ
ὁ βασιλεὺς κατὰ γνώμην τὴν ἐκείνου κελεύει πᾶν τὸ γεννηθὲν
ἄρσεν παρ' Ἑβραίοις εἰς τὸν ποταμὸν ῥιπτοῦντας διαφθείρειν,
παραφυλάσσειν τὰς ὠδῖνας τῶν Ἑβραίων γυναικῶν τὰς Αἰ-
γυπτίας μαίας· ὑπὸ γὰρ τούτων αὐτὰς ἐκέλευσε μαιοῦσθαι.
ἡ ἐπίνοια δὲ αὕτη πρὸς τὸ διαφθείρεσθαι ὑπ' αὐτῶν τὰ τι- C
κτόμενα. γεννᾶται οὖν κατὰ τὴν πρόρρησιν ὁ παῖς ἐκεῖνος,
λαθὼν τοὺς φύλακας διὰ τὴν τῶν ὀδυνῶν ἐπιείκειαν καὶ διὰ
τὸ μὴ βιαίας ἐν τοκετῷ περιπεσεῖν τῇ τικτούσῃ τὰς ἀλγηδό-
νας. καὶ τρεῖς μὲν μῆνας παρ' ἑαυτοῖς τρέφουσι λανθάνον-
τες· εἶτα δείσας Ἀμρὰμ μὴ κατάφωρος γέννηται, πλέγμα
τι βύβλινον ποιήσας καὶ ἀσφαλτώσας αὐτῷ τὸ παιδίον ἐντί-

18. ὠδίνων?

Aegyptium? his auditis Moses terrore perculsus, ne forte res palam fieret, e finibus Aegyptiis excedit et in solitudinem fuga se confert. secundum id temporis deum conspicit, et ad Pharaonem educendi ex Aegypto populi causa ablegatur. in hunc modum historia Mosaica rem actam commemorat.

Iosephus autem haec quoque refert, quendam nimirum ex iis qui litteras sacras callerent (imprimis autem homines illi periti erant in coniectanda rerum futurarum veritate) regi nuntiasse gignendum id temporis hominem, qui Israelitis educatus omnes virtute superaturus esset et gloriam nulla saeculorum delendam oblivione sibi comparaturus. heic regem metu correptum, de illius consilio sententiaque mandasse ut omnes Hebraeis nati mares in fluvium abiicerentur et necarentur. simul edixisse ut obstetrices Aegyptiae mulierum Hebraearum partus observarent; quas quidem solas Hebraeis obstetricari vellet. astutum hoc consilium eo spectasse ut ab eis infantes nati perimerentur. itaque puerum hunc natum esse, quemadmodum praedictum fuerat, idque clam custodibus propter dolorum in partu lenitatem. eum parentes clanculum apud se aliquantulum educasse. cumque deinceps Amramus formidaret ne factum palam fieret, fiscelam quandam papiraceam confecisse, ac in ea bitumine oblita munitaque

θησι καὶ κατὰ ποταμοῦ βάλλει αὐτό. εἶτα Θερμουθὶς ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ παρὰ τῷ ποταμῷ παίζουσα καὶ τὸ πλέγμα θεασαμένη κολυμβητὰς ἐπιπέμπει, καὶ ἄγουσιν αὐτό. καὶ D ἰδοῦσα ὑπερηγάπησεν αὐτὸ τὸ παιδίον μεγέθους τε ἕνεκεν καὶ κάλλους, καὶ φροντίζει ὅπως αὐτὸ τρέφηται. τὸ δὲ οὐ προσίεται γυναῖκα Αἰγυπτίαν. ὅθεν καὶ παρατυχοῦσα ἡ Μαριάμ, καὶ εἰποῦσα ὅτι τὸ συγγενὲς ἐπιζητεῖ, προτρέπεται γυναῖκα Ἑβραίαν ἀγαγεῖν. ὅθεν καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ εὐμεθόδως μετακαλεῖται. τὴν δὲ ἐπίκλησιν αὐτῷ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο· τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, ὑσεῖς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. ἦν δὲ οὗτος ἕβδομος ἀπὸ Ἀβραάμ. καὶ τριετῆ μὲν αὐτὸν γεγενημένον, θαυμαστὸν ὁ θεὸς τὸ τῆς ἡλικίας ἐξῆρεν ἀνάστημα. πρὸς δὲ κάλλος οὐδεὶς ἀφιλότιμος P 149 ἦν οὕτως ὡς Μωϋσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας. ὅθεν ἡ Θερμουθὶς ἄγονος οὖσα ἰδιοποιεῖται αὐτόν. ἐφ' ᾧ καὶ προσάγει τῷ βασιλεῖ, πάντα τε ἀναγγέλλει, καὶ ὅτι διάδοχός σου γενήσεται, παιδὸς οἰκείου μὴ εὐποροῦντος. καὶ ταῦτα λέγουσα ταῖς τοῦ πατρὸς χερσὶν ἐντίθησι τὸ βρέφος. ὁ δ' ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὸ διάδημα. ὁ δὲ Μωσῆς καταφέρει τε αὐτὸ καὶ τοῖς ποσὶν ἐπιβαίνει, κατὰ νηπιότητα δῆθεν. ταῦτ' οὖν ἰδὼν ὁ ἱερογραμματεὺς ἐκεῖνος ὥρμησεν ἀποκτεῖ-

puerum deposuisse, atque ita in flumen abiecisse. tum regis filiam Thermutim propter ripam fluminis lusitantem, re conspecta, quosdam urinatores immisisse qui cistellam adferrent. intuitam vero puerum magnopere gavisam fuisse, tum ob eius magnitudinem tum eleganti- am. itaque mox secum ipsam fuisse sollicitam quo eum pacto educa- ret. infantem ipsum feminam Aegyptiam fuisse aversatum. ea de cau- sa factum ut Maria praesens diceret puerum lacte cognato ali velle. cumque propterea reginam moneret de arcessenda quadam Hebraea muliere, commodissime successisse ut ipsa pueri mater advocaretur. nomen ei fuisse datum ab eo quod acciderat: nam Aegyptios aquam mo dicere, hyses autem illos qui ex aqua sint extracti liberatique. puerum ipsum ab Abrahamo fuisse septimum. ubi tertium attigisset annum, deum ei concessisse ut supra modum aetatis caeteros ante- celleret. venustate tanta fuisse ut nemo tam illepidus esset, qui Mo- sem intuitus propter insignem elegantiam formae non obstupesceret. hinc factum ut Thermutis per se sterilis eum sibi adoptaret, ad re- gem adduceret, omnem regi exponeret animi sui sententiam, nimirum regi hunc successorem fore, qui filium ex se natum omnino nullum haberet. atque his dictis infantem in manus patris deposuisse, qui mox eum fascia regali ornaverit. tum Mosem puerili quadam simpli- citate de capite illam detraxisse ac proculcasse pedibus. ea re con- specta hominem illum sacrarum litterarum peritissimum ad infantem

και αὐτὸν, παροτρύνων εἰς αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸν Φαραώ. φθάνει δ' αὐτὸν ἡ Θερμουθὶς ἐξαρπάσασα. ἔκτοτε οὖν καλῶς B ἀνετρέφετο. εἶτα δήλη καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ γίνεται. Αἰθίοπες ἐκστρατεύουσι κατ' αὐτῶν. ἀντιστρατεύονται καὶ οὗτοι, ἑκατέρωθεν δὲ οὐκ ὀλίγοι πίπτουσιν. ὅθεν ὁ βασιλεὺς θεόθεν ὁδηγηθεὶς πείθει τὴν θυγατέρα τὸν Μωσέα παρασχεῖν στρατηγόν. δέχεται τὸ ἔργον, κατ' Αἰθιόπων ὁρμᾷ. καὶ διὰ γῆς μέλλων διελθεῖν ἐρήμου, ἔνθα ἑρπετὰ δεινὰ ἐτρέφοντο, τί μηχανᾶται; πλέγματά τινα ἐμφερῆ κιβωτοῖς ἐκ βίβλου κατασκευάζει, καὶ πληρώσας ἴβεων ἐκόμιζε. πολε- C μιώτατον δέ ἐστι τοῖς ὄφεσι τοῦτο τὸ ζῶον· φεύγουσί τε γὰρ ἐπερχομένας, καὶ ἀνθιστάμενοι καθάπερ ὑπ' ἐλάφων ἁρπαζόμενοι καταπίνονται. χειροήθεις δέ εἰσιν αἱ ἴβεις, καὶ πρὸς μόνον τὸ τῶν ὄφεων γένος ἄγριοι. παρέρχεται οὖν διὰ V. 116. τούτων τὴν θηροτρόφον γῆν. συμβάλλει τοῖς Αἰθίοψι, κατά τινα νῆσον διάγουσι δυσπόρθητον οὖσαν διὰ τὸ ποταμοῖς περιρρέεσθαι. Θάρβις δὲ ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ δεξιῶς ἀπομαχόμενον ὁρῶσα τὸν Μωσέα εἰς ἔρωτα δεινὸν ὤλισθεν αὐτοῦ. καὶ περιόντος τοῦ πάθους πέμπει πρὸς αὐτὸν τῶν οἰ- D κετῶν τοὺς πιστοτάτους, διαλεγομένη περὶ γάμων καὶ τὴν

12. ἀφιστάμενοι Labbeus. 19. περιόντος] αὔξοντος margo P.

necandum accurrisse, idque ut omnino fieret Pharaonem exhortatum esse. verum Thermutim hunc antevertisse Mosemque surripuisse. ab eo tempore fuisse praeclare admodum educatum, et ipsis adeo Aegyptiis virtutem eius innotuisse, qui cum aliquando adversus se viderent Aethiopes expeditionem suscipere, ipsi quoque castra castris hostilibus opposuerint. heic cum utrinque non pauci caderent, regi divino quodam instinctu filiam persuasisse ut Mosem suis ducem imperatoremque concederet. id muneris Mosem imponi sibi passum fuisse, in hostes Aethiopes copias eduxisse; quodque solum quoddam desertum peragraturus esset, in quo magna reptilium noxiorum copia foret, insigne quiddam molitum fuisse. nimirum corbes quosdam rotundos fieri curasse; in eos coniectas ibes secum deportasse: ibes enim serpentibus infestissimae sunt, qui quidem eas accedentes fugiunt, ac si restitent, perinde atque a cervis deglutiuntur. et sunt ibes omnino cicures ac mansuetae, inque serpentum genus solum immaniter saeviunt. harum igitur ope Mosem inaccessam alioquin terram peragrasse; manum cum Aethiopibus conseruisse, qui quandam insulam incolerent aditu perdifficilem propterea quod amnibus undique circumfluentibus clauderetur. tum Tharbidem regis Aethiopum filiam, quae Mosem naviter admodum praeliantem cerneret, vehementi eius amore captam esse, famulosque sibi fidissimos ad ipsum indicandae animi sui adfectionis causa misisse; simul coniugii men-

πόλιν προδιδοῦσα. γίνεται ταῦτα, τελεῖται τὰ τοῦ γάμου.
τοὺς Αἰθίοπας ἀναιρεῖ, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους εἰς τὴν ἑαυτῶν
ἀπάγει γῆν. ἔκτοτε οὖν φθόνος κατὰ Μωσέως· ἐπτοοῦντο
γὰρ μήποτε κατ' Αἰγυπτίων νεωτερίσῃ. μανθάνει ταῦτα, καὶ
λαθὼν ἔξεισιν ἐκεῖθεν, καὶ τῶν ὁδῶν φυλασσομένων διὰ τῆς
ἐρήμου ποιεῖται τὸν δρασμόν. ἐφίσταται τῷ φρέατι ἔνθα τοῦ
Ῥαγουὴλ αἱ θυγατέρες τὰ θρέμματα ἐπότιζον. ἀνήνεκται
τῷ Ῥαγουὴλ τὰ περὶ τοῦ Μωσέως, τίς τε ἦν καὶ ὅπως ταῖς
P. 150 αὐτοῦ θυγατράσιν ἐπαμῦναι οὐκ ὤκνησεν· ἐφ' ᾧ καὶ γαμ-
βρὸν τὸν Μωσέα ποιεῖ. ὁ μέντοι Μωσῆς τοιούτων τυχὼν
τῶν παρὰ τοῦ Ἰοθόρου (τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίκλημα τῷ Ῥαγουή-
λῳ) διῆγεν αὐτόθι ποιμαίνων τὰ βοσκήματα. τηνικαῦτα καὶ
κατ' αὐτὸ τὸ Σίναιον περιάγει αὐτά, ἔνθα καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷ
ἐκ τῆς βάτου καλοῦντα αὐτόν. ὁ θεὸς ἀποστέλλων πρὸς Φα-
ραὼ τὸν Μωσέα, καὶ ὑπισχνούμενος συμπαρεῖναι αὐτῷ, πρὸς
πίστιν τοῦ λόγου εἰς δράκοντα μεταβάλλει τὴν ῥάβδον αὐτοῦ.
ὁ μέντοι Μωσῆς παρρησιασάμενος πρὸς Φαραώ, τὴν ῥάβδον
B αὐτοῦ κατὰ γῆς τε ῥίπτει καὶ εἰς ὄφιν μεταβάλλει. οὐκοῦν
περιιοῦσα τὰς τῶν Αἰγυπτίων ῥάβδους, αἳ δράκοντες ἐδόκουν,
κατήσθιε. καὶ οὕτω μὲν ὁ Ἰώσηπος, ὁ δὲ Νυσσαεὺς θεῖος
Γρηγόριός φησιν ὅτι διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν τῆς βάτου καὶ τοῦ

tione facta urbis proditionem esse pollicitam. his eius postulatis Mosem annuisse; nuptias fuisse celebratas, Aethiopes interfectos, Aegyptios in solum patrium reductos. ab eo tempore fuisse Mosem expositum invidiae, formidantibus Aegyptiis ne aliquando etiam adversus se novas res moliretur. iis animadversis subtraxisse se Mosem, et cognito vias itineraque passim obsideri a custodibus, per solitudinem instituta fuga saluti suae consuluisse. hinc ad puteum pervenisse, ubi filiae Ragueli paternum pecus adaquabant. mox relata Raguelo fuisse quae Moses fecisset, quis esset, quo pacto filiabus ipsius sine cunctatione succurrisset. his illum rebus permotum Mosem sibi generum adscivisse. talibus adfectum Mosem beneficiis ab Iothoro (id enim Raguelo cognomentum fuisse) cum eo victitasse ac soceri pecus pavisse. cumque illud iuxta Sinaeum montem circumduceret, deum ab eo conspectum fuisse, qui eum ex medio rubo arcesseret. secundum haec Mosem ablegatum ad Pharaonem a deo, qui ei polliceretur se semper ipsi adfuturum; utque promisso fides fieret, baculum eius in draconem commutatum fuisse. tum Mosem intrepide semet apud Pharaonem gerentem virgam suam humi proiecisse ac in serpentem convertisse. illam vero virgas Aegyptiorum, quae esse dracones viderentur, obeuntem devorasse. huiusmodi sane Iosephi de his rebus gestis exstat narratio. caeterum divinus ille vir Gregorius Nyssensis ait propterea

Ἰσραὴλ ὁ θεὸς τὴν ῥάβδον εἰς ὄφιν μεταβάλλει, ἐπὶ δὲ τοῦ
Φαραὼ εἰς δράκοντα, ἵνα τῷ μεγέθει καταπλήξῃ αὐτούς. δῆ-
λον δὲ ὅτι ἀληθὲς τοῦτο τὸ σημεῖον ἦν, τὸ δὲ τῶν μάγων
φαντασία· διὸ καὶ κατεπόθη ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἡ φαντασία.
ἀλλ' οὐκ ἐντεῦθεν ὁ Φαραὼ πείθεται, μαίνεται δὲ μᾶλλον,
καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ πλέον ἐπιτίθεται. ὅθεν καὶ μαστίζει C
αὐτὸν ὁ θεός. ταῖς ἐπενεχθείσαις δὲ κατ' αὐτοῦ μάστιξι καὶ
τοιαύτην λέγει προσεῖναι μάστιγα· φθειρῶν γὰρ τοῖς Αἰγυ-
πτίοις ἐξήνθησεν ἄπειρόν τι πλῆθος ἔνδοθεν ἀναδιδομένων,
ὑφ' ὧν ἐκεῖνοι κακῶς ἀπώλοντο, μήτε λουτροῖς μήτε χρίσεσι
φαρμάκων διαφθεῖραι τὸ γένος αὐτῶν δυνάμενοι. καὶ οὕτω
μὲν ὁ Ἰώσηπος.

Αἱ πληγαὶ δέ, ἀγαπητέ, ἃς ὁ θεὸς ἐπήνεγκε τῷ Φαραὼ
μὴ πειθομένῳ τὸν λαὸν ἀπολῦσαι, δέκα τὸν ἀριθμὸν κατὰ
τὸ ἐν ἐξόδῳ γεγραμμένον εἰσί· δέκα καὶ γὰρ κολάζει πλη- D
γαῖς διά γε τὸν τέλειον ἀριθμὸν τοὺς ἡμαρτηκότας τὰ τέλεια.
καὶ πρώτη μὲν ἡ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πάντων ὑδάτων εἰς αἷμα P. 151
μεταβολή. διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν ἐξ ὑδάτων αὐτοὺς τὰ V. 117
πρῶτα κολάζει ὁ θεός; διότι τὸ ὕδωρ διαφερόντως ἐτίμων,
ἀρχὴν τοῦτο τῆς τῶν ὅλων γενέσεως εἶναι οἰόμενοι. ἔνθεν
τοι καὶ πολλοὶ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων ἐφθάρησαν· ἐπὶ

deum in rubo quidem conspectum virgam in serpentem mutasse, coram Pharaone vero in draconem, ut ipsa magnitudine formidinem hominibus incuteret. est autem perspicuum prodigium istuc reapse factum esse, cum magorum prodigia nil nisi merae forent praestigiae, quae oculos praestringerent. iccirco imaginaria isthaec species a veritate in nihilum redigebatur. neque tamen hoc modo parere Pharao voluit, sed magis etiam furens Hebraeos gravius urget. quapropter subsecuta flagella poenaeque dei sunt, et inter alias quibus est adfectus, etiam huiusmodi quandam exstitisse Iosephus tradit. infinita pediculorum multitudo apud Aegyptios proveniebat, ex interioribus eorum partibus scaturiens, a quibus excarnificati misere peribant, nec vel lavacris vel pharmacorum inunctionibus pediculos perdere poterant. hoc modo rem Iosephus narrat.

Te autem, dilecte fili, scire volo plagas illas, quibus Pharaonem adflixit deus, persuaderi sibi non ferentem ut populum Israelicum dimitteret, numero decem fuisse, quemadmodum in libro qui est de Israelitarum ex Aegypto profectione perscriptum legimus. nimirum decem plagae propter huiusce numeri perfectionem, eos divexarunt qui perfecte deliquerant. princeps omnium erat aquarum in sanguinem per Aegyptum universam commutatio. quamobrem istuc factum? cur per aquas deus eos primo loco punit? quod aquam eximie colerent, quam esse principium ortus rerum universarum existimabant.

γὰρ ἑπτὰ ἡμέρας ἡ πάντων τῶν ὑδάτων ἐξαιμάτωσις [B] ἐπεκράτησε, τοῦ Ἀαρὼν διὰ τῆς βακτηρίας, καθὼς ἐλάλησε Κύριος, τὸ τέρας τοῦτο τελέσαντος. ὅτι δὲ οὐ κατὰ φαντασίαν ἐρυθρὰ τὰ ὕδατα γέγονεν, ἀλλὰ καὶ ἡ γεῦσις αὐτῶν μετεβλήθη καὶ ἄλλη ἐξ ἄλλης ἐγένετο, ἡ τῶν ἰχθύων τελευτὴ τοῦτο δεδήλωκε· „καὶ οἱ ἰχθύες" γάρ φησιν „οἱ ἐν τῷ ποταμῷ ἐτελεύτησαν, καὶ ἐπώζεσεν ὁ ποταμός, καὶ οὐκ ἠδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι πιεῖν ὕδωρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἦν τὸ αἷμα ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου."

Δευτέρα πληγὴ ἡ ἐξ ὑδάτων τῶν βατράχων ἀνάδοσις. „καὶ ἐξέτεινε" γάρ φησιν „ὁ Ἀαρὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὰ [C] ὕδατα Αἰγύπτου, καὶ ἀνήγαγε τοὺς βατράχους, καὶ ἐκάλυψε τὴν γῆν Αἰγύπτου, καὶ εἰσήρχοντο εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν καὶ εἰς τὰ ταμεῖα αὐτῶν." ὡσαύτως καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐποίησαν ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν, καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τῇ ἐξαιματώσει τοῦ ὕδατος. ἀλλ' ἱκέτευε Φαραὼ τὸν Μωσέα δεηθῆναι τοῦ θεοῦ περὶ τοῦ δοῦναι αὐτῷ τῶν βατράχων ἀπαλλαγήν· οἷον γὰρ κακὸν οἱ βάτραχοι τῶν ὑδάτων ἀποξενωθέντες καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀποχερσωθέντες, ἑρπετῶν ἰοβόλων κατ' οὐδὲν διαφέρουσι. γίνεται ταῦτα, δέεται τοῦ θεοῦ ὁ Μωϋσῆς, καὶ τελευτῶσιν αὐτίκα οἱ βάτραχοι, κἂν ὁ Φαραὼ

propterea tum magna hominum multitudo periit. quippe totos septem dies haec omnium aquarum in sanguinem commutatio duravit, Aarone per baculum suum, ut praeceptum ei divinitus fuerat, hoc prodigium efficiente. neque vero specie tenus aquas tum rubuisse, sed gustum quoque illarum prorsus immutatum esse, aquis ipsis in rem aliam conversis, colligi vel inde perspicue potest quod pisces extinguebantur. sic enim perscriptum sacris in litteris legimus (Exod. 7 21) „et emortuis fluminis piscibus tantus exstitit foetor fluminis, ut Aegyptii de eius aqua bibere non possent, totaque adeo Aegyptus hoc ipso sanguine redundabat."

Altera plaga fuit ranarum ex aquis scaturientum illuvies. sic enim est sacris in litteris (Exod. 8 6) „Aaro manum suam protendit in aquas Aegypti, quo facto tot exstitere ranae ut eis Aegypti solum coopertum sit. simul Aegyptiorum domos illae ingrediebantur." idem veneficiis suis imitati sunt excantores Aegyptiorum, quemadmodum et antea fecerant, aquam in sanguinem mutando. sed tamen necesse habuit Pharao, supplex ut Mosem oraret, quo ranarum a se depellendarum causa deum deprecaretur. quantum enim mali esse putas aquis effusas ranas ac passim per terram sparsas? nihil profecto venenosis a reptilibus differunt. impetrat postulata Pharao; deum obsecrante Mose continuo ranae exspirant. nihilominus Pharao, cum

θεασάμενος ὅτι γέγονεν ἀνάψυξις, ἀπειθείᾳ τῇ προτέρᾳ ἐνέ- D μεινε.

Τρίτη πληγὴ ἡ ἀπὸ τοῦ χοὸς τῶν σκνιπῶν ἀνάδοσις. „ἐξέτεινε" γάρ φησιν „Ἀαρὼν τῇ χειρὶ τὴν ῥάβδον, καθὼς ἐλάλησε κύριος, καὶ ἐπάταξε τὸ χῶμα τῆς γῆς, καὶ ἐγένοντο οἱ σκνῖπες ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς τετράποσι." γίνωσκε δὲ ὅτι τὸ ζῶον οἱ σκνῖπες, εἰ καὶ βραχύτατόν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἀργαλεώτατον· οὐ μόνον γὰρ λυμαίνεται τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ δέρματος τοῖς ἀφανέσι δήγμασι κνησμοὺς ἐμποιοῦν ἀηδεῖς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐντὸς βιάζεται διά γε μυκτήρων καὶ ὤτων. πρὸς τούτοις δὲ καὶ κόρας βλάπτει ὀφθαλμῶν εἰσπε- P. 152 τόμενον. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐποίησαν τοῦ ἐξαγαγεῖν τὸν σκνῖπα, καὶ οὐκ ἠδύναντο. εἶπον οὖν τῷ Φαραὼ ὅτι δάκτυλος θεοῦ ἐστὶ τοῦτο.

Τετάρτη πληγὴ ἡ διὰ τῆς κυνομυίας. „καθὼς" γάρ φησιν „ἐποίησε κύριος, παρεγένετο ἡ κυνόμυια πλῆθος εἰς τοὺς οἴκους Φαραὼ καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. καὶ ἐξωλοθρεύθη ἡ γῆ ἀπὸ τῆς κυνομυίας ὀδυνηρῶς." καὶ γὰρ ἐμφύεται διὰ τοῦ δήγματος τουτὶ τὸ ζῶον τοῖς σώμασι. κυνόμυιαν δὲ ἀκούων τὸ αὔθαδες νόει τοῦ ζώου· καθάπερ γὰρ B βέλος εἰσπετομένη, τῶν Αἰγυπτίων καὶ μόνων κατεπεμβαίνου-

tanto e malo se respirasse cerneret, in obfirmatione animi pristina perstitit.

Tertia plaga fuit culicum e pulvere natorum productio. sic enim perscriptum legimus (Exod. 8 16) „Aaro manu virgam suam de mandato domini protendit, ac terrae pulverem percussit, qua percussione culices tum in hominibus tum quadrupedibus exstiterunt." atque heic discito animalculum illud, quod culices appellamus, tametsi vel minimum sit, nihilo tamen minus longe nobis esse molestissimum. non enim tantum cutis superficiem stringit atque laedit, obscuris morsibus graves molestosque pruritus efficiens: verumetiam per nares et aures ad interiora vi penetrare nititur, ac praeterea pupulis oculorum, in eos involando, detrimentum adfert. deinde heic etiam Aegyptiorum excantores consimile quiddam moliri nitebantur, ut culices producerent, sed irrito conatu. quamobrem Pharaoni confessi sunt haec dei digito effecta esse.

Quarta plaga deus Aegyptios per muscas, quas caninas appellant, vexavit. nam, ut sacris est in litteris, efficiente deo tanta muscarum vis atque multitudo in Pharaonis aedes et totam Aegyptum est immissa, ut ab eis universa regio devastaretur. nimirum non sine dolore animal hoc in corpora morsu penetrat. cumque caninas appellari muscas audis, hoc ipsum ad impudentiam et ferocitatem animalis referto, quod involans in morem teli solos in Aegyptios irruebat. hoc

V. 118 σα ἦν. καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἡ γραφὴ κατὰ λέξιν οὕτω φησί „καὶ παραδοξάσομαι τὴν γῆν Γεσέμ, ἐφ' ἧς ὁ λαός μου ἐπ' αὐτῆς, ἐφ' ᾗ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἡ κυνόμυια, ἵνα ἴδῃς ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεός σου πάσης τῆς γῆς. καὶ διαστελῶ ἀναμέσον τοῦ ἐμοῦ λαοῦ καὶ ἀναμέσον τοῦ σοῦ λαοῦ." δέεται οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Μωσῆς τοῦ θεοῦ, καὶ περιεῖλε τὴν κυνόμυιαν ἀπὸ τοῦ Φαραώ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐξαποστεῖλαι αὐτούς.

C Πέμπτη πληγὴ ἡ τῶν τετραπόδων φθορά. „ἰδοὺ" γάρ φησι πρὸς Φαραὼ ὁ Μωσῆς, „ὅτι χεὶρ κυρίου ἔσται ἐν πᾶσι τοῖς κτήνεσί σου, καὶ θάνατος μέγας σφόδρα. καὶ ἐποίησε κύριος τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐτελεύτησαν πάντα τὰ κτήνη τῶν Αἰγυπτίων, ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐτελεύτησεν οὐδὲ ἕν. ἐβαρύνθη οὖν ἡ καρδία Φαραώ, καὶ οὐκ ἀπέστειλε τὸν λαόν.

Ἕκτη πληγὴ ἡ τῶν φλυκτίδων ἐπίθεσις, καθά φησιν „ἐλάλησε κύριος καὶ ἔλαβε Μωσῆς τὴν αἰθάλην τῆς καμίνου D ἐναντίον Φαραώ, καὶ ἔπασεν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ ἐγένετο ἕλκη, φλυκτίδες ἀναζέουσαι ἔν τε τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν τοῖς τετράποσι, καὶ οὐκ ἠδύναντο οἱ φαρμακοὶ στῆναι ἐναντίον Μωσεῖ διὰ τὰ ἕλκη. εἶπε δὲ κύριος πρὸς Μωσῆν

indicare litterae sacrae volentes his ipsis verbis usae sunt (Exod. 8 22) „Gesemam vero, qua in terra populus meus degit, praeter opinionem hominum immunem faciam, ut in ea nullae sint muscae; quo scilicet intelligas me dominum deum esse in terris, qui discrimen inter meum tuumque populum ponam." secundum haec iterum Moses deum deprecatur, qui muscas illas caninas a Pharaone populoque ipsius abegit ita ut ne una quidem reliqua foret. sed Pharao tum quoque suum pertinaciter obduravit animum, nec populum dimittere voluit.

Itaque secuta est plaga quinta, videlicet iumentorum et pecorum omnium lues. sic enim sacrae litterae narrant (Exod. 9 3) „dixit Pharaoni Moses, en manum suam dominus in omnia tua iumenta sic immittet, ut ingens subsecutura sit lues. fecitque dominus, quod minatus erat, et omnis generis Aegyptiorum pecoribus mortuis, ne unum quidem iumentum ex iis quae Israelici possidebant interiit." nihilominus obfirmatus est Pharaonis animus, nec abeundi potestatem populo fecit.

Quamobrem plagam deus sextam immisit, quae pustularum erat exulceratio, sicut auctor historiae sacrae narrat. quemadmodum, inquit (Exod. 9 11), dominus praeceperat, sumpsit Moses favillam de calcaria, spectante Pharaone, atque illam in aëra sparsit. tum ulcera pustulaeque ferventes exstitere tam in hominibus quam caeteris quadrupedibus, adeo ut ipsi etiam venefici amplius propter ulcera con-

ὄρθρισον τὸ πρωΐ, καὶ εἰπὲ πρὸς Φαραώ. εἰ μὴ ἐξαποστείλῃς τὸν λαόν μου, ἀποστείλας τὴν χεῖρά μου πατάξω σε καὶ τὸν λαόν σου θανατώσω. καὶ ἕνεκεν τούτου διετηρήθης, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελθῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ."

Ἑβδόμη πληγὴ ἡ διὰ χαλάζης καὶ πυρός. „ἔβρεξε γὰρ P. 153
ὁ κύριος χάλαζαν ἐπὶ πᾶσαν γῆν Αἰγύπτου, καὶ διέτρεχε τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπάταξε δὲ ἡ χάλαζα πάντα ὅσα ἦν ἐν τῷ πεδίῳ, ἀπὸ ἀνθρώπου ἕως κτήνους. πλὴν ἐν γῇ Γεσέμ, οὗ ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐκ ἐγένετο ἡ χάλαζα." δέεται οὖν καὶ αὖθις ὁ Μωσῆς τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν λόγον Φαραώ, καὶ ἐπαύσαντο αἱ φωναὶ καὶ ἡ χάλαζα. γίνωσκε δὲ ὅτι τοὺς Αἰγυπτίους οὐ μόνον ἡ ἐξαίσιος φορὰ χαλάζης τε ἅμα καὶ πυρός, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ πράγματος κατέπληττεν ἀηθές· οὐδὲ γὰρ τὴν χειμερινὴν ὥραν ἡ Αἴγυπτος παραδέχεται διά γε τὸ μὴ πόρρω τῆς κεκαυμένης εἶναι ζώνης· τοῦ γὰρ πυρώ- B
δους ἐκεῖθεν ῥέοντος ἀφανῶς τὰ κύκλῳ πάντα λεαίνεσθαι πέφυκεν.

Ὀγδόη πληγὴ ἡ διὰ τῶν ἀκρίδων. ἐπῆρε γὰρ ὁ Μωσῆς τὴν ῥάβδον εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ κύριος ἐπήγαγεν ἄνεμον νότον ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ ὅλην τὴν νύκτα, καὶ ἀνέλαβε τὴν

sistere coram Mose non possent. secundum haec deus hoc modo Mosem compellavit: cras summo mane sic Pharaonem alloquere. ni populum meum dimiseris, exserta manu mea te percutiam populumque tuum morte multabo. scitoque adeo te illa de causa incolumen relinqui, ut potestatem in te meam declarem meumque nomen per universum terrarum orbem celebretur.

Septima plaga fuit immissio grandinis et ignis. nam grandine prius per universum Aegypti solum delapsa etiam ignis undique discurrit. grando ipsa nihil non eorum prostravit quae in terra erant, tum homines tum iumenta. non tamen in Gesemae solo, quod incolebant Israelici, grando quicquam detrimenti dedit. rursum vero Moses obsecrante Pharaone deum exorat, quo facto tonitrua et grandines cessarunt. atque heic notato non solum grandinis et ignis inusitatam ex aëre delationem Aegyptiis terrori fuisse, sed etiam ipsius insolentiam rei. nam hiemem Aegyptus nullam experitur, idque propterea quod a zona quam torridam vocant prope adsit. nimirum ardore illinc occulte pramanante, vicinae in orbem regiones universae leniori coelo fruuntur.

Octava deinceps plaga vexavit Aegyptios, quae locustarum erat immissio (Exod. 10 12). nam Mose baculum in aëra protendente, dominus australem ventum adduxit die toto totaque nocte, qui locu-

ἀκρίδα, καὶ ἀνήγαγεν αὐτὴν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. ἐφ' ᾧ καὶ ἡμάρτηκα ἔλεγε τῷ θεῷ ὁ Φαραώ. δέεται οὖν αὖθις ὁ Μωσῆς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξάγει ἄνεμον ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ πᾶσαν τὴν ἀκρίδα εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἐνέβαλε θάλασσαν. περὶ δὲ αὐτῆς καὶ Δαβὶδ οὕτω φησὶν „εἶπε, καὶ ἦλ-
C θεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός." βροῦχος δέ ἐστιν ἡ νεογενὴς καὶ ἄπτερος ἀκρίς.

Ἐννάτη πληγὴ ἡ διὰ τοῦ ψηλαφητοῦ σκότους. „ἐξέτει-
V. 119 νε γὰρ Μωσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἐγένετο σκότος καὶ γνόφος καὶ θύελλα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου τρεῖς ἡμέρας. οὐκ εἶδεν οὐδεὶς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξανέστη οὐδεὶς ἐκ τῆς κοίτης αὐτοῦ τρεῖς ἡμέρας· πᾶσι δὲ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἦν φῶς ἐν πᾶσιν οἷς κατεγίνοντο." ἐπειδὴ γὰρ ἀφέντες τὸν κτίστην τοῖς κτίσμασιν ἐλά-
D τρευον, διὰ τῶν κτισμάτων αὐτοὺς καὶ μάλα δικαίως ἐπαίδευε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων μερῶν καταλαμπομένων ἡ Αἴγυπτος μόνη τῷ ψηλαφητῷ περιεστοιχίζετο σκότει. καὶ γὰρ πρὸς ἀναγκαίαν ἔξοδον Αἰγύπτιος ἐβιάζετο, τὴν θύραν, καὶ πολλὰ ψηλαφῶν εὑρεῖν οὐκ ἐδύνατο.

Δεκάτη πληγὴ ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος. τελευταία μὲν ἡ τοιαύτη πληγή, τῇ δυνάμει δὲ καὶ τῷ πόνῳ, καθά φησι καὶ Δαβίδ, ἀπαρχὴ καὶ πρώτη πασῶν. περὶ γὰρ μέ-

stas sublatas in universum Aegyptiorum solum dispersit. quo factum ut Pharao se in deum deliquisse fateretur. itaque Moses iterum deprecatur ad deum, ac ventum educit e mari, cunctasque locustas in mare rubrum abiectas demersit. de hisce locustis Davides in haec verba meminit (Psalm. 104 34) „ipso iubente locustae venerunt et bruchi exstiterunt innumerabiles." vocamus autem bruchos recens natas et alarum adhuc expertes locustas.

Nonam plagam deus per tenebras tactiles inflixit. quippe manum suam Mose coelum versus porrigente mox tenebrae caligo tempestasque tanta per Aegyptum universam exstitit, ac toto quidem triduo, ut neque fratrem suum quisquam illo triduo cerneret neque de lecto suo surgeret. interim omnes Israelici lucem suis in sedibus habebant. quia enim Aegyptii rerum opifice relicto creatis religiose serviebant, iccirco deus ipsos aequissimo iure per ipsa creata castigavit. nam propter eam ipsam causam caeteris mundi partibus luce fruentibus Aegyptus sola tactilibus erat involuta contectaque tenebris, et quidem tantis ut cum Aegyptius aliquis rei necessariae curandae causa exire conabatur, multum palpando ianuam reperire non posset.

Subsecuta demum est plaga decima, nimirum primigenorum caedes, postrema quidem omnium calamitas, quod temporis attinet seriem, verum declaratae in ea potestatis divinae miseriaeque respe-

σας νύκτας καὶ ἄνευ νόσου ἀνῃροῦντο τὰ τέκνα αὐτῶν. ἐγειρόμενοι δὲ τὸ πρωΐ, καὶ τὰ φίλτατα νεκρὰ ὁρῶντες, καὶ μηκέτι κατέχεσθαι δυνάμενοι, τῷ Φαραὼ κατεβόων, ἐφ' ᾧ P. 154 *καὶ τὸν λαὸν ἄκων ἀπέλυσε.*

Πλὴν ἐπὶ τούτοις, ἀγαπητέ, μὴ ἀνθίστασο, μηδὲ λέγε ὅτι εἰ ὁ θεὸς σκληρύνει τὴν καρδίαν Φαραώ, τίνος ἕνεκεν ἐπιμέμφεται αὐτῷ σκληρυνομένῳ; γίνωσκε γὰρ ὅτι ἡ ἀνοχὴ τῶν μαστίγων αἰτία τῆς πωρώσεως αὐτῷ γέγονεν, ὡς ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος. οὐδὲ γὰρ εἴκουσαν τὴν ἐκείνου καρδίαν λαβὼν καὶ πειθομένην αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι, πρὸς τὸ σκληρὸν καὶ ἀπειθὲς μετεπλάσατο, τῇ μακροθυμίᾳ λοιπὸν ἐπὶ πλέον ἐποίει ταύτην σκληρύνεσθαι. ὅρα γὰρ ὡς ἐπειδὰν ἐπῆγεν ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγάς, ἀπολύειν τὸν λαὸν ἐπηγγέλλετο, B *ἡνίκα δὲ ἠφίει τῶν βασάνων αὐτόν, ἐσκληρύνετο. ὃ δὴ καὶ ἡ γραφὴ σημαίνουσα ἔλεγεν „Ἰδὼν δὲ Φαραὼ ὅτι γέγονεν ἀνάψυξις, ἐβάρυνε τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ λέγοντος ἄκουσον τοῦ θεοῦ ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελθῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. μὴ*

17. *αὐτοῦ*] *αὐτοῦ τοῦ* P.

tu, quemadmodum et Davides ait (Psalm. 104 36), facile princeps omnium ipsaeque veluti primitiae. nam nocte media, nullo urgente morbo, liberi Aegyptiorum interficiebantur. cum autem diluculo expergiscerentur et carissimos natos extinctos viderent, non iam amplius se continere valentes cum clamoribus Pharaonem adibant; quibus ille permotns populum tandem vel invitus dimisit.

Caeterum nolo te, dilecte fili, hac in narratione mihi refragrando adversari, nec huiusmodi quiddam obiicere: si deus animum Pharaonis obstinatum reddidit, quamobrem pertinaciter et obfirmato animo sibi reluctanti irascitur? nimirum scire debes adflictionum tolerantiam fuisse causam unicam, sicuti magnus ille Basilins loquitur, quamobrem Pharao tantopere suum animum obduraret. deus enim, qui animum eius haud cedentem suisque mandatis obtemperantem accepisset, nequaquam illum ad duritiem pertinaciamque finxit. de quo consequi necesse est dei tolerantia factum fuisse ut magis animus ipsius obfirmaretur. nam vide mihi obsecro, quo pacto res gesta fuerit. quoties hominem calamitatibus et plagis adficeret, dimissurum ille se populum pollicebatur. at ubi e diverso finem adfligendi faciebat, obstinatior evadebat. hoc indicare volentes litterae sacrae verbis huiusmodi sunt usae „cum Pharao se tanto e malo respirasse cerneret, in obfirmatione animi pristina perstitit, nec Aaroni Mosique paruit." quin etiam cum deum ipsum dicentem audis „excitavi te illam ipsam ob causam, ut potestatem in te meam declarem per universum orbem terrarum," noli animo ancipiti ac dubitante dicere: itane pro-

λέγε διαπορούμενος, ἵνα γνωρίζῃς τὴν δύναμίν σου, κολάζεις
C ἄνθρωπον; ἄφες αὐτά, καὶ πρόσχες τῷδε τῷ ὑποδείγματι.
ἡ ἰατρικὴ τέχνη ὠφέλιμόν τι ποιῆσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει
σπουδάζουσα ζῶντας ἀνθρώπους ἀνέτεμεν. ἀλλ' ἦν μὲν καὶ
τοῦτο ἄδικον, τὸ διὰ τὴν ἑτέρων σωτηρίαν ζῶντας ἄλλους
θύεσθαι. τί οὖν ἐποίουν οἱ ἀρχαῖοι; τὸν κατακριθέντα θα-
νάτῳ ὑποπεσεῖν διὰ λῃστείαν ἢ φαρμακείαν, τοῦτον λαμβά-
νοντες ἀνέτεμνον ζῶντα, οὔτε ἀδικοῦντες τὸν κολαζόμενον
καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει βοήθειαν ἐφευρίσκοντες. ἀνέτεμνον
οὖν ἐκεῖνον ζῶντα, ἵνα ἔτι σπαιρόντων τῶν σπλάγχνων κα-
D ταμάθωσι τὴν ἐνέργειαν. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ ἀριστοτέχνης
θεὸς διὰ τοῦ ἀνιάτως ἡμαρτηκότος Φαραὼ σημεῖα μεγάλα
δείκνυσι, τὸν μὲν ἄξιον τιμωρίας κολάζων, τοὺς δὲ μετὰ
V. 120 ταῦτα γενομένους ἄριστα θεραπεύων, σωτηρίας ὑπόθεσιν τὴν
ἐκείνου τιμωρίαν αὐτοῖς παρεχόμενος. καὶ περὶ μὲν τούτων
οὕτως.

Μετὰ δὲ τὴν δεκάτην πληγὴν θύουσι τὸ πρόβατον οἱ
Ἑβραῖοι καὶ οὕτω τῆς Αἰγύπτου ἐξίασι κατὰ τὴν τεσσαρεσκαι-
δεκάτην τῆς σελήνης. ἐφ' ᾧ καὶ νῦν ἔτι κατὰ τὸ ἔθος οὕτω
P. 155 θύουσι, τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα καλοῦντες· σημαίνει δὲ ὑπερ-
βασίαν. ἀλλ' ὡς Ἰώσηπός φησι, διότι κατ' ἐκείνην τὴν ἑσπέ-
ραν ὁ θεὸς αὐτῶν ὑπερβὰς Αἰγυπτίοις ἐναπέσκηψε τὴν νό-

tritus. de quo colligere licet praesentem in ea quidem fuisse divinam gratiam, sed ob Iudaeorum sceleratam vitam deum permisisse ut hostium in potestatem veniret. eodem tempore morbo intestinorum adfecti moriebantur quotquot arcam ceperant, visceraque corrupta excernebant. praeterea murium ingens enata copia fines eorum infestabat. quapropter Azotii vix tandem intellecto se malis huiusmodi ob arcam vexari, Ascalonitas orant ut eam ad se reciperent. hoc illi cum fecissent, consimiles calamitates experiuntur. ad alios igitur eam Ascalonitae ablegant, iique vicissim ad alios, omnibus eadem mala perpessis. hanc ob causam congressi optimates illarum quinque urbium, quae hisce suppliciis multatae fuerant, nimirum Accaronis Gazae Azoti et reliquarum, de tota re deliberant, statuuntque duas vaccas foetas currui alligandas esse, cui arca imponatur. hoc facto vaccas in trivio relinquunt, eisque potestatem faciunt eundi quo velint. quodsi pergerent in Hebraeorum fines, omnino existimandum aiunt arcam ipsis eiusmodi malorum causam fuisse, sin alio deflecterent, persequendam, uti quae potestatem eiusmodi nullam haberet. huic consilio cum paruissent, adesse divinam quandam arcae vim ac potestatem deprehenderunt.

In hoc statu cum res Hebraeorum essent, regem dari sibi postulant et Saulum accipiunt, quanquam deus huiusmodi petitionem eorum perquam graviter tulit, ac propterea verbis hisce Samuelum allocutus est. „non te flocciferunt, sed me ipsum, ne regnum scilicet in

ἔλεγεν „οὐ σὲ ἐξουθενήκασιν ἀλλ' ἐμέ, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς." οὗτος μὲν οὖν ὁ Σαοὺλ ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος ὑπῆρχε φυλῆς, υἱὸς τοῦ Κίς, ὁ καὶ τὴν μορφὴν ἄριστος καὶ τὸ
B σῶμα μέγας. τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ἀπώλεσε, καὶ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ ἔρχεται περὶ ἐκείνων ἐρωτήσων. ὁ δὲ προφήτης λαβὼν τὸ ἅγιον ἔλαιον τῆς τοῦ νεανίσκου καταχεῖ κεφαλῆς, καὶ κατασπασάμενος αὐτὸν „ἴσθι" φησὶ „βασιλεύς· ὑπὸ θεοῦ κεχειροτόνησαι σήμερον." ἀλλὰ καὶ τὰ συμβησόμενα καθ' ὁδὸν αὐτῷ ἔλεγεν, ἐντυχεῖν τε προφήταις, καὶ σὺν αὐτοῖς προφητεῦσαι γενόμενον ἔνθεον. χρίει δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ πλήθους ὁρῶντος. καὶ οὕτως ἡ τῶν Ἑβραίων πολιτεία εἰς βασιλείαν μετέπεσεν. ἔλεγε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὅτι πολλὰ
C παρωργίσατε τὸν θεόν, βασιλέα αἰτησάμενοι. καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· ὃ γὰρ οὐδέποτέ τις εἶδεν ἐν θέρους ἀκμῇ χειμῶνα, τοῦτο γεγενημένον θεάσασθε. καὶ ταῦτα εἰπόντος τοῦ προφήτου ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ χάλαζαι καταφέρονται, ὡς ἐντεῦθεν τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν εἰς θεὸν ἔλεγεν.

Ὁ μέντοι Σαοὺλ μέλλων κατὰ Παλαιστινῶν ὁρμῆσαι, κελεύει τὸν ἀρχιερέα λαβόντα τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν προφητεύειν αὐτῷ περὶ τῶν μελλόντων. τοῦ δὲ προτρέψαντος
D ἐξέρχεται κατὰ Παλαιστινῶν. ὁ μέντοι Σαοὺλ τῇ νίκῃ ἐπαρθεὶς ἐπαρᾶται τοῖς Ἑβραίοις· ἤν τις ἀποσχόμενος τοῦ φο-

10. γενόμενος ἔνθεος P.

eos obtineam." Saulus hic oriundus Beniamitide tribu, Cisi F, forma praeditus longe praestantissima corporeque procero et amplo, forte patris asinas amiserat, et earum indagandarum causa vatem Samuelum convenerat. ibi vates sumptum oleum sacrum in caput iuvenis effundit, eumque peramanter complexus „esto" inquit „rex gentis nostrae divinitus approbatus." simul ei significat omnia quae ipsi essent in itinere illo eventura, futurum scilicet ut in vates incideret, et divino correptum spiritu cum eis vaticinaturum. deinde rursus eum inspectante populo inungit. atque hoc modo Hebraeorum res publica in regni formam est commutata. Samuelus quidem Israelicos aiebat petendo regem gravem in se concitasse indignationem dei. licebat eius rei coniecturam vel ex eo sumere, quod cum nemo aestate media tempestatem eiusmodi vidisset, illa tamen id temporis conspecta sit. quippe cum vates hanc orationem ad populum habuisset, fulgura cum tonitruis et grandine exstiterunt; quo facto profiteri populus se in deum deliquisse.

Secundum haec Saulus cum copiis Palaestinos invasurus pontifici mandat ut sumpta pontificia veste sibi vaticinaretur, quinam eius belli futurus esset exitus. illo regem ad bellum excitante, copias Saulus adversum Palaestinos educit; cumque victoria potitus esset,

νεύειν τοὺς ἐχθροὺς φύγῃ, καὶ μὴ μέχρις οὗ νὺξ ἐπελθοῦσα
τῆς ἀναιρέσεως αὐτοὺς ἀποπαύσῃ τῶν πολεμίων, ἐπικατάρα-
τος εἴη. οὕτω τοίνυν τοῦ Σαοὺλ φήσαντος, ἐπεὶ κατά τινα
δρυμὸν ἐγένοντο μελισσῶν γέμοντα, ὁ τοῦ Σαοὺλ παῖς οὐκ
ἀκηκοὼς τῆς τοῦ πατρὸς ἀρᾶς ἀποθλίψας τι κηρίον τοῦ μέ-
λιτος ἤσθιεν. εἶτα γνοὺς τὸ γεγονὸς οὐκ ὀρθῶς ἔφη τὸν πα-
τέρα τοιαύτην ἀρὰν θεῖναι· εὐψυχότατα γὰρ κατατρέχει
τῆς τῶν ἐναντίων, εἴ γε τροφῆς ἐν τῷ μέσῳ φθάσει μεταλα-
βεῖν. ὁ δὲ Σαοὺλ μετὰ τὸ νικῆσαι καὶ θῦσαι τῷ θεῷ κελεύ- P. 174
ει τὸν ἀρχιερέα καὶ αὖθις γνῶναι εἰ δίδωσιν αὐτοῖς ὁ θεὸς
ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν ἐχθρῶν ἐλθεῖν καὶ διαφθεῖραι αὐ-
τούς. εἰπόντος δὲ τοῦ ἀρχιερέως μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸν θεόν,
ὁ Σαοὺλ ἔφη μὴ ἄνευ αἰτίας τοῦτο γίνεσθαι· ἀλλ' ἔστι τι
λανθάνον ἐξ ἡμῶν ἁμάρτημα τῆς τοῦ θεοῦ σιωπῆς αἴτιον,
καὶ ὄμνυμι, κἂν ὁ παῖς ὁ ἐμὸς Ἰωνάθαν εἴη ὁ τὸ ἁμάρτημα
τοῦτο ποιήσας, ἀποκτείνειν αὐτὸν καὶ τὸν θεὸν οὕτως ἱλεώ-
σασθαι. πίπτει οὖν ὁ κλῆρος ἐπὶ τὸν Ἰωνάθαν, καὶ τοῦ πα-
τρὸς ἐρωτῶντος αὐτὸν τί τε πεποίηκε καὶ ὅπως εἰς θεὸν ἐξή-
μαρτε, μηδὲν ἕτερον ἔλεγεν συνιδεῖν ἢ μέλιτος χθὲς ἀπογεύ- B
σασθαι, τὴν ἀρὰν ἀγνοῶν. διομνύεται οὖν ὁ Σαοὺλ ἀπο-

insolentior factus huiusmodi quadam exsecratione sibi Hebraeos devincit (1 Reg. 14 24), si quis hostibus parcens cibum sumeret, nec in eis occidendis tamdiu perseveraret dum nox superveniens caedendi finem faceret, is ut exsecrabilis foret ac diris devoveretur. haec Saulus cum prolocutus fuisset, forte accidit ut militibus silvam quandam ingressis, quae referta esset apibus, Sauli filius exsecratione paterna non audita favum mellis avulsum comederet. cumque deinceps rem uti gesta fuisset intellexisset, male factum a patre dicebat, qui hac devotione milites obstrinxisset: sic enim comparatum esse ut animo quis fortissimo invadat adversarium, ubi cibum nactus semet aliquantulum recrearit. Saulus victoria potitus, cum rem sacram deo fecisset, iterum pontifici mandat ut deum consuleret, num feliciter hostium castra invasuri essent et cladem eis illaturi. respondente pontifice divinum oraculum silere, „non hoc" ait Saulus „absque certa causa fit, sed necesse est aliquod occultum esse delictum nostrum, cuius gratia nobis deus haud respondeat. equidem sacramento confirmo me, si vel Ionathan filius meus huius peccati sit auctor, omnino eum interfecturum, atque hac ratione deum placaturum." hoc modo factum ut sors ducta in Ionathanem caderet. cumque filium pater interrogaret quid facinoris designasset quave re in deum deliquisset, nullius ille se conscium sibi esse facti respondet quam quod hesterno die mel degustasset, ignarus eius exsecrationis qua populum pater obstrinxisset. hoc audito Saulus eum se necaturum iurat, cum-

V. 135 κτεῖναι αὐτόν. οὐκ ἀνθίσταται ὁ παῖς, τὰ τοῦ ὅρκου βιάζει
προβῆναι. ἀλλὰ τὸ πλῆθος ἀλγεῖ, καὶ τὸν Ἰωνάθαν ἐξαιρεῖ
τῆς χειρὸς Σαούλ, καὶ ἱκετεύει τὸν θεόν, ἵλεον ἐπὶ τούτῳ
ποιεῖ. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Εἰπεῖν δὲ τὸν θεὸν ἔλεγεν ὁ Σαμουὴλ ὡς ἐπεὶ πολλὰ
κακὰ τοὺς Ἑβραίους οἱ Ἀμαληκῖται κατά γε τὴν ἔρημον διέ-
θηκαν, ἡνίκα τῆς Αἰγύπτου ἐξεπορεύοντο, κελεύειν πολέμῳ
τιμωρήσασθαι αὐτοὺς τὸν Σαοὺλ καὶ μηδενὸς αὐτῶν φείσα-
C σθαι. νικᾷ τοίνυν αὐτοὺς κατὰ κράτος, λαμβάνει δὲ τὸν αὐ-
τῶν βασιλέα Ἀγὰγ αἰχμάλωτον, οὗ θαυμάσας τὸ κάλλος καὶ
τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ὡς Ἰώσηπός φησι, σωτηρίας ἄξιον
ἔκρινε. καὶ θυσίας ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐκείνων ἀνήνεγκε τῷ
θεῷ. ἐφ' ᾧ καὶ πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἔφη ὁ θεός „μεταμεμέ-
λημαι ὅτι ἔχρισα τὸν Σαοὺλ εἰς βασιλέα, κἀγὼ ἐξουδένωκα
αὐτὸν τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐν Ἰσραήλ." ὅθεν καὶ πρὸς τὸν
Σαοὺλ οὕτως ἔλεγεν ὁ Σαμουήλ, ἡνίκα τὸν Ἀγὰγ ἐζωογόνησε
τῶν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα, „μεματαίωσαι σύ, ὅτι οὐκ ἐφύ-
D λαξας τὴν ἐντολὴν ἣν ἐνετείλατό σοι ὁ κύριος. ὅθεν καὶ οὐ
στήσεταί σοι ἡ βασιλεία, καὶ ζητήσει κύριος ἄνθρωπον κατὰ
καρδίαν αὐτοῦ εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ." πρὸς τού-
τοις δὲ καὶ τάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἡνίκα τὴν θυσίαν ἔφε-
ρεν, „οὐ θέλει κύριος ὁλοκαυτώσεις καὶ θυσίας ὡς τὸ ἀκοῦ-

2. προσβῆναι P. 3. ἱκετεύων? 5. Σαοὺλ P.

que nihil adversante filio prorsus iuramento satisfacturus esset, misertus Ionathanis populus eum de Sauli manu liberat deumque supplicando placat. et haec quidem in hunc modum narrata sunto.

Cum autem Saulus praecepisse sibi deum diceret ut quando Amalecitae in deserto Israelicos misere tractassent, ex Aegypto id temporis migrantes, ipse bello sceleratos homines puniret ac omnino eorum nemini parceret, obtemperans mandato divino vincit eos acie, regemque Agagum captivum abducit. verum pulcritudinem eius proceritatemque corporis admiratus, quemadmodum et Iosephus memoriae prodidit, hominem dignum iudicat cuius saluti vitaeque parcatur. simul de spoliis Amalecitarum deo victimas offert. tum vero deus his verbis Samuelum compellare (1 Reg. 15 11) „poenitet me Sauli regis Israelitarum creati: quapropter hominem indignum esse statui qui cum imperio Israelitis praesit." ea de causa vicissim Samuelus ita Saulum alloqui: „quandoquidem Agagum conservasti, gessisti te dementer, non praestando edicto quo te dominus obstrinxit. iccirco regnum penes te non manebit, sed hominem deliget deus animo suo gratum, qui populo suo cum potestate praesit." addit et alia verba, cum Saulus sacrificium suum offerret (1 Reg. 15 22): „deo non tam placent hostiae ac sacrificia quam si quis eius mandato sit obtem-

σαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ," καὶ αὖθις „διέρρηξε κύριος τὴν βασιλείαν Ἰσραὴλ ἐκ χειρός σου σήμερον, καὶ δώσει αὐτὴν τῷ πλησίον σου τῷ ἀγαθῷ ὑπὲρ σέ." ὅθεν τοῦ προφήτου πολλὰ φροντίζοντος περὶ τοῦ Σαοὺλ, „παῦσαι" πρὸς αὐτὸν ἔφη ὁ θεός, „καὶ λαβὼν τὸ ἅγιον ἔλαιον εἰς Βηθλεὲμ ἄπελθε πρὸς Ἰεσσαί, καὶ χρῖσαι εἰς βασιλέα ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ." P. 175 ἔρχεται οὖν, καὶ πάντων ἄλλων ἀποδοκιμασθέντων τῶν υἱῶν Ἰεσσαί (οὐδὲ γὰρ εἰς αὐτοὺς τὸ ἅγιον ἔβλυσεν ἔλαιον) χρίεται ὁ πάντων ὕστατος Δαβίδ. ἐφ' ᾧ καὶ πνεῦμα ἅγιον ἔκτοτε ἦν ἐν αὐτῷ, τὸν δὲ Σαοὺλ πνεῦμα πονηρὸν ἐπέρχεται. πνιγομένου τοίνυν αὐτοῦ ἔλεγον οἱ ἰατροί, καθά φησιν Ἰώσηπος, ὅτι μὴ ἄλλως τὸ τοιοῦτον καταπαύσεται πάθος, εἰ μή τις οἶδε διὰ κιννύρας ᾄδειν. ὅθεν καὶ ζητηθεὶς εἴ που τοιοῦτός τίς ἐστιν, ἄγεται ὁ Δαβίδ. ποιεῖ οὖν αὐτὸν ὁπλοφόρον, καὶ διὰ τιμῆς ἄγει. καὶ ὁ μὲν Ἰώσηπος οὕτως. τὸ B δὲ δαιμόνιον τὸ συμπνῖγον τὸν Σαοὺλ ἡ μὲν τοῦ Δαβὶδ κιννύρα κατέπαυε, πλὴν ὡς τῷ παναγίῳ πνεύματι κινουμένη· τούτου γὰρ ἐπᾴδοντος ἐκεῖνο καὶ ἄκον ἡσύχαζε.

Μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ Ἰουδαίων ἐκστρατεύουσι Παλαιστινοί. ἀφ' ὧν καταβὰς ἀνήρ τις Γολιὰτ τοὔνομα παμμεγέθης (ἦν γὰρ πηχέων τεσσάρων καὶ σπιθαμῆς), ἐνδεδυμένος

perans. certe dominus abrupit a te hodie regnum Israelitarum, idque alteri te meliori tradet." hinc etiam factum ut cum magnopere Sauli causa vates hic sollicitus esset, dominus diceret (1 Reg. 16 1) „desine lugere Saulum, acceptoque oleo sacro Bethlehemam ad Iessaeum proficiscere, deque filiis eius unum in regem ungito." quapropter eo Samuelus se confert; omnibusque caeteris Iessaei filiis reiectis, ut in quibus oleum sacrum non emanaret, tandem natu minimus omnium Davides ungitur. ea de causa deinceps ille spiritum apud se sanctum habebat, cum e diverso malus spiritus Saulum invaderet. quoties autem ille Saulum corriperet, aiebant medici, quemadmodum Iosephus narrat, fieri aliter non posse ut malum istud consopiretur, quam alicuius opera qui fidibus caneret. itaque facta pervestigatione ecquis alicubi peritus eius artis esset, Davides adducitur, quem Saulus armigerum suum creat et honorato loco penes se retinet. sic Iosephus rem gestam commemorat. ac verum quidem est malum istum genium, qui Saulum vexabat, Davidis cithara sedatum fuisse: sed ita factum hoc statuatur, quod ea nimirum a spiritu sancto pulsata fuerit. illo namque carmen accinente malus genius vel invite conquiescebat.

Secundum haec Palaestini expeditionem adversus Iudaeos suscipiunt, deque castris illorum vir quidam prodit nomine Goliathus, ingentis magnitudinis (erat enim sex cubitorum et unius spithamae),

θώρακα σταθμὸν ἄγοντα πέντε χιλιάδας σίκλων καὶ τὰ λοι-
πὰ ὅπλα ἀναλόγως, φωνὴν μεγάλην ἀφίησι καὶ μονομαχεῖν
C ἐζήτει. καὶ πάντων ἐξαπορουμένων εἰσάγεται ὁ Δαβίδ, καὶ
τὸν Σαοὺλ παραμυθησάμενος, μόλις δὲ καὶ πείσας αὐτόν
V. 136 (οὐδὲ γὰρ ὁ Σαοὺλ ἐθάρρει, πρὸς τὴν τοῦ Δαβὶδ ἡλικίαν
ἀφορῶν) ὁρμᾷ κατὰ Γολιὰτ καὶ διὰ σφενδόνης αὐτὸν ἀναι-
ρεῖ. ἔκτοτε οὖν τῶν γυναικῶν λεγουσῶν ὅτι Σαοὺλ μὲν χι-
λιάδας Παλαιστινῶν κατηκόντισε Δαβὶδ δὲ μυριάδας, πτοεῖ-
ται καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ὁ Σαούλ· ἐφ' ᾧ καὶ ὕπο-
πτον εἶχεν ἔκτοτε τὸν Δαβίδ, καὶ φθόνον ἔτρεφεν οὐ μι-
κρόν. ὅθεν καὶ εἰς ἐκστρατείας αὐτὸν ἀπέστελλεν ὡς ἐντεῦ-
D θεν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθῆναι. ὁ δὲ Δαβὶδ τὸν θεὸν ἔχων μεθ'
ἑαυτοῦ ἠρίστευε πανταχοῦ, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν θυγατέρα
Σαοὺλ παρθένον οὖσαν ἔρωτα σχεῖν αὐτοῦ. δῆλα γίνεται
ταῦτα καὶ τῷ Σαούλ. καὶ ὃς δραξάμενος ἀφορμῆς πρὸς τὴν
κατ' ἐκείνου ἐπιβουλήν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀποδοῦναι τὴν
θυγατέρα ἔλεγεν, ἂν χιλίας μοι κεφαλὰς κομίσῃ τῶν πολε-
μίων. γίνεται ταῦτα, καὶ εἰς γυναῖκα λαμβάνει τὴν Μελχώ.
οὐ φέρει ταῦτα Σαούλ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον φθονεῖ ἅτε καὶ περὶ
τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεδιώς. ἀποκτεῖναι λοιπὸν αὐτὸν μελε-
P. 176 τᾷ. ἀνατίθησι ταῦτα τῷ υἱῷ τε Ἰωνάθαν καὶ τοῖς πιστοτά-
τοις τῶν οἰκετῶν. ὁ δὲ μηνύει τῷ Δαβὶδ τὰ τῆς βουλῆς, καὶ

indutus aeream loricam quinque milia siclorum pendentem, cuius magnitudini et ponderi arma quoque caetera respondebant. hic ergo vocem immanem tollit, deque castris Israelicorum aliquem ad singulare certamen provocat. omnibus autem perterritis Davides ad Saulum introducitur, qui regem consolatus, eoque vix persuaso, quod parum in Davide, si respiceretur ipsius aetas, fiduciae ponendum existimaret, Goliathum aggreditur hominemque fundae iactu interficit. cum autem ex eo tempore mulieres in carmine quodam canerent Saulum quidem mille Palaestinos fudisse, Davidem vero decem milia, regno suo metuere Saulus incipit, et ab eo die suspectum Davidem habens non parum invidiae adversus eum alit. quapropter ad expeditiones hominem ablegat, ut aliquo pacto in praeliis necaretur. ille vero, qui deum scilicet praesentem haberet, ubique rem praeclare gerit; quo factum est ut ipsa quoque Sauli filia virgo singulari eum amore complecteretur. qua re Saulo patefacta oblatam ad struendum insidias occasionem minime negligit, uti Iosephus commemorat, significari iubens ipsi se filiam suam ei collocaturum in matrimonium, si mille hostium capita regi referret. atque haec ita facta sunt: Micholem uxorem accipit. verum indigne ferens Saulus quod accidisset, maiori aestuat invidia, quasi iam regno suo metuens. quamobrem interficiendum deinceps hominem statuit, simul consilium suum Ionathani

ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ πατρὶ διαλέγεται. μετὰ δὲ ταῦτα διώκει τὸν Δαβὶδ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις. τηνικαῦτα τῷ ἀρχιερεῖ Ἀβιάθαρ προσέρχεται· τότε καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν. ἐκεῖθεν αὖθις φεύγει πρὸς Ἀβιμέλεχ· τότε δὲ καὶ τὰ τῶν ἐπιληπτικῶν ὑποκρίνεται. ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ Δαβὶδ εὑρὼν τὸν Σαοὺλ καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν εὐχερῶς ἔχων, ποιῆσαι τοῦτο οὐκ ἤθελε, τῷ θεῷ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀνατιθείς. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Παλαιστινοὶ δ' αὖθις κατὰ Ἰουδαίων στρατεύονται, ἐφ' B ᾧ καὶ τοὺς αὐτοὺς συμμάχους ὁ Ἀγχοὺς καλεῖ. ὄρει δὲ τῷ Γελβουὲ προσβάλλει καὶ ὁ Σαούλ, καὶ πολυπληθῆ τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἐταράχθη, καὶ ἐξέστη ἡ καρδία αὐτοῦ. καὶ ἐπηρώτησε τὸν κύριον διὰ τοῦ Ἐφούθ, καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ· καὶ γὰρ εἰ μὴ εὐδοκίμουν παρ' αὐτῷ, οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. ἐφ' ᾧ καὶ ζητεῖ ἐγγαστρίμυθον, εἰ καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἔφθασεν ἐκ τῆς πόλεως αὐτοῦ ἐκβαλεῖν ἅτε πρὸς θεὸν πρότερον εὐσεβῶν. ἐγγαστρίμυθοι δὲ ἐλέγοντο διὰ τὸ δαίμονα ἔχειν ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῶν ἐγκαθήμενον καὶ C τὰ μέλλοντα μυθευόμενον εἶτ' οὖν μαντευόμενον. τὸ μέντοι γύναιον ἐκεῖνο πείθεται μόλις, καὶ τὴν τοῦ Σαμουὴλ ψυχὴν ἐξ ᾅδου ἀνάγει, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. ὁ γὰρ τὰ θεῖα σοφὸς

7. τῷ θεῷ τὸ κατ' αὐτοῦ F. 8. μὲν deerat.

filio ministrisque fidissimis aperit. at filius ad Davidem paternum consilium enuntiat, eiusque causa patrem alloquitur. ille semel, bis, multoties Davidem persequitur; qui tali rerum suarum statu Abiatharum pontificem accedit et panibus propositionis vescitur. hinc ad Abimelechum fuga se confert, ubi morbo teneri epileptico iudicabatur. interim Davides Saulum semel atque iterum repertum necare cum facili momento posset, nequaquam tamen id facere voluit, deo nimirum permittens quicquid de ipso futurum esset.

Rursum Palaestini copias suas adversum Iudaeos educunt, ideoque suos etiam auxiliares Achis rex convocat. tum Saulus quoque cum suis ad montem Gelboem contendit; cumque maximas in alienigenarum castris esse copias conspexisset, perturbatus est animique gravi terrore correptus. eam ob rem dominum per ephodum consulit, qui nihil ei respondet: quippe ni bona essent apud deum Israelitae in gratia, non exaudiebat eos. igitur feminam inquirit quae oracula per ventrem redderet, quanquam antea, cum adhuc in deum se religiose gereret, totam huiusmodi mulierum nationem e re publica sua expulerat. vocantur autem huiusmodi feminae ventriloquae propterea quod genium in ventre delitescentem habeant, qui de futuris respondeat et vaticinetur. vix Saulus, quod poscebat, a muliercula tandem

Θεοδώρητος δυσσεβῆ λέγει τὸν λόγον τουτονὶ καὶ ἀνόσιον· οὐδὲ γὰρ πείθεται νέκυος ψυχὴν ἐξ ᾅδου καὶ τὴν τυχοῦσαν ἀνάγειν, μήτοι γε τοσούτου προφήτου. ἄλλοι δὲ τὸν λόγον τοῦτον μὴ θέλοντες ἀνόσιον δέξασθαι, λαοπλάνον τινὰ λέγουσι δαίμονα τὰ κατὰ τὸν Σαοὺλ ἀναγγεῖλαι τῇ ἐγγαστριμύθῳ. ὁ μὲν Θεοδώρητος οὔτε τὸ πρῶτον ὡς δυσσεβὲς καταδέχεται
D οὔτε πάλιν τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ δαίμων ἦν ὁ φανείς, οὐκ ἂν ἀληθῆ ἐφθέγγετο ῥήματα. οὐκοῦν αὐτὸς ὁ θεὸς τὸ εἶδος, φησί, τοῦ Σαμουὴλ σχηματίσας ἠβουλήθη, ἐξενήνοχε τὴν ἀπόφασιν· ἔφη καὶ γὰρ διά του τῶν προφητῶν „ἐὰν ἀπέλθητε πρὸς τὸν ψευδοπροφήτην, ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς ἀποκρι-
V. 137 θήσομαι δι' αὐτοῦ." οὕτω διὰ τοῦ Βαλαὰμ ηὐλόγησε τὸν λαόν, καὶ διὰ δυσσεβοῦς μάντεως προηγγέλθησαν τὰ ἐσόμενα. γίνεται ταῦτα, καὶ οἱ Παλαιστινοὶ τοῖς Ἑβραίοις προσβάλλουσι. πίπτει λοιπὸν ὁ Σαοὺλ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ. ὁ μέντοι Σαοὺλ πολλὰς δεξάμενος πληγάς, καὶ μὴ φέρειν δυ-
P. 177 νάμενος, κελεύει τινὶ τῶν αὐτοῦ τὸ ξίφος αὐτοῦ ἐπενεγκεῖν, ἵνα μὴ ταῖς ἐχθρῶν χερσὶ παραδοθῇ. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. ἐπιπίπτει λοιπὸν αὐτὸς τῇ μαχαίρᾳ, καὶ μηδὲ οὕτως ἰσχύων ἑαυτῷ τὸ τέλος ἐπενεγκεῖν πείθει τινὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν, καὶ τελειοῖ αὐτόν. οἱ δὲ Παλαιστινοὶ σκυλεύοντες τοὺς πολεμί-

6. μὲν] μέντοι? τὸ om P. 9. σχ. ἢ ἠβουλήθη?

impetrat, quae animam Samueli ex orco producit, ut Iosephus memoriae prodidit, quanquam peritissimus ille rerum divinarum Theodoritus orationem huiusmodi vocat impiam et irreligiosam. non enim persuaderi sibi patitur vel vilis alicuius hominis mortui animam ex orco reduci posse, nedum talis ac tanti vatis. alii negantes hanc orationem impiam esse, velut impostorem vulgi daemonem quendam mulierculae vaticinatrici renuntiasse quid Saulo eventurum esset. at Theodoritus neque primum illud admittit, impium esse pronuntians, neque item alterum: nam si genius malus fuisset qui apparuit, verum sane non protulisset. quamobrem statuit deum ipsum repraesentata Samueli specie, pro arbitratu suo, verba istaec effatum esse. nam alicubi per vatem quendam dixit „quodsi falsum vatem accesseritis, ego dominus per ipsum respondebo." sic opera Balaami populo fausta imprecatus est, perque vatem improbum quae futura essent indicavit. respondit heic quoque praedictioni eventus: Palaestini Hebraeos invadunt, Saulus cum filiis occumbit; cumque multis vulneribus adfectus esset, nec amplius imperare animo suo posset, suorum cuidam mandat ut se stricto gladio transadigat, ne hostium in potestatem veniret. sed eo recusante gladium cepit, eique incubuit. cumque ne sic quidem adimere sibi vitam posset, Amalecitarum quendam exorat, qui finem ei vivendi attulit. tum Palaestini spoliatis

ους ἐντυγχάνουσι τῷ Σαοὺλ τε καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ, καὶ κόψαντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν περιῆγον διὰ πάσης τῆς χώρας, τὰ δὲ σώματα αὐτῶν ἀνασταυροῦσιν ἔξω τοῦ τείχους, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ.

Οὕτω κατέστρεψε τὸν βίον ὁ Σαοὺλ διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς B Ἀμαληκίταις παρακοῦσαι τοῦ θεοῦ καὶ διὰ τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀπωλείᾳ παραδοῦναι· διὰ γὰρ τοῦ Σύρου Δωὴκ ὡσεὶ τν' ἱερεῖς ἀπέκτεινεν αἴροντας τὸ ἐφούθ. ἐκράτησε δὲ τὸν Ἰσραὴλ ὁ Σαοὺλ ἔτη μ', ὑπερωμίας ὢν παντὸς τοῦ Ἰσραήλ. τοῖς Ἑβραίοις ὁ θεὸς χαριζόμενος τοιοῦτον ἄνδρα βασιλεύειν ἐν αὐτοῖς ἐξελέξατο· ἀνδραγαθίας γὰρ τῆς ἐν πολέμοις ἕνεκεν, οὐ μὴν εὐσεβείας ᾐτήσαντο βασιλέα. ταύτῃ τοι καὶ τὸν μέγιστον πάντων ἐκλέγεται, ἐπειδή περ οὐ ψυχῆς ἀρετὴν ἀλλὰ σώματος θαυμάζομεν μέγεθος.

Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Σαοὺλ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραὴλ ὁ C υἱὸς αὐτοῦ Μεμφοστέ, ἐν Ἰούδᾳ δὲ ὁ Δαβίδ· παρὰ Σαμουὴλ καὶ γὰρ χρισθῆναι προέφθασεν. εἶτα Ῥιχαῦ καὶ Βανέας λάθρα τὸν Μεμφοστὲ ἀνελόντες ἦλθον πρὸς τὸν Δαβὶδ ὡς δῆθεν εὐδοκιμήσαντες διὰ τὸν φόνον. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοὺς κατὰ δὴ καὶ τὸν Ἀμαληκίτην ἐκεῖνον, δι' οὗ ὁ Σαοὺλ τὸ τέλος ἐδέξατο. τηνικαῦτα παντὸς τοῦ λαοῦ καθίσταται βασιλεὺς ὁ Δαβίδ. τὴν δὲ θυγατέρα τοῦ Σαούλ, εἰ μὴ ὡς

17. ῥηχὰβ καὶ βαανὰ F.

hostibus in Saulum eiusque filios incidunt; cumque capita ipsorum resecuissent, ea per omnem ditionem suam circumferebant, corporibus extra muros suspensis, ut Iosephus narrat.

Hoc modo vitam Saulus finiit propterea quod in exscindendis Amalecitis deo non paruisset et sacerdotum nationem delevisset. nam Doeci Syri opera sacerdotes ad trecentos quinquaginta, qui ephodum gestarent, interfecerat. regnum apud Israelicos obtinuit annos 40, humeris Israelitas omnes supereminens. quippe deus Hebraeis gratificari volens eiusmodi virum elegerat, qui eis cum imperio praeesset, quod illi bellicae fortitudinis adversus hostes causa, non pietatis, regem dari sibi petiissent. quo factum ut eis maximum omnium praeficeret, quando sic a natura comparati sumus ut non virtutem animi sed proceritatem corporis admiremur.

Post Sauli mortem filius eius Memphibosetus regnum apud Israelicos occupat, Davide Iudaeorum nationis imperio contento. nam a Samuelo prius apud hos regno inunctus fuerat. deinde Richabus et Baneas Memphiboseto clam interfecto ad Davidem se conferunt, quasi praeclaram eius caedis patratae causa laudem apud illum inventuri. Davides vero utrumque supplicio mortis adficit, quemadmodum et ante puniverat Amalecitam illum, per quem Saulus occi-

Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἀλλ' οὖν ἔπαθλον ἔλαβεν, ἡνίκα τὸν Γολιὰθ ἐσφενδόνησεν· οὕτω γὰρ ἀναμέσον αὐτῶν συμπεφώνητο.
D ὁ γοῦν Δαβὶδ μετὰ τὸ ἀναγορευθῆναι βασιλεὺς ἐφίσταται τῇ Ἱεροσόλυμα, καὶ τοὺς ἐκεῖσε κατοικοῦντας Ἰεβουσαίους τροπωσάμενος βασιλείαν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὰ Ἱεροσόλυμα. πρῶτος μὲν οὖν Δαβίδ, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ, τοὺς Ἰεβουσαίους ἐκεῖθεν ἐκβαλὼν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν πόλιν προσαγορεύει· Σόλυμα καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἐκαλεῖτο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁρᾷ τὴν Βηρσαβεὲ λουομένην ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ὅθεν καὶ ταύτης ἐρᾷ. μίγνυται λοιπὸν αὐτῇ, καὶ τὸν Οὐρίαν οἰκονομεῖ θανάτῳ περιπεσεῖν, ὃς ἀνὴρ αὐτῆς ἦν. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ διὰ Νάθαν ἐλέγχεται. εἶτα φεύγει διὰ τὴν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐπανάστασιν, καταλείψας τὰς αὐτοῦ δέκα παλλακὰς φυλάσσειν τὸν οἶκον αὐτοῦ. ἡ δὲ αἰτία τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πατραλοίαν γενέσθαι αὕτη. τῷ Δαβὶδ
P. 178 θυγάτηρ ἦν σφόδρα περικαλλής, τῷ Ἀβεσσαλὼμ ὁμομήτριος. ταύτης ὁ Ἀμνὼν ἐρᾷ τῶν ἀδελφῶν ὁ πρεσβύτατος. καὶ μὴ ἔχων τὰ τῆς ἐπιθυμίας πληρῶσαι σφόδρα κατετήκετο. ἐφ' ᾧ καὶ νοσεῖν ὑποκρίνεται. ἱκετεύει τὸν πατέρα συμπαραμένειν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν δουλείας ἕνεκεν. γίνεται ταῦτα. ἀποκαλύπτει τὸ πάθος αὐτῇ, ἡ δ' οὐκ ἐπείθετο. βιάζεται αὐ-

sus fuerat. post id temporis Davides universae nationis rex declaratur. Sauli quidem filiam uxorem accepit, aliter tamen quam Iosephus exponat, videlicet praemii loco, cum Goliathum fundae iactu necasset, quemadmodum inter ipsos convenerat. posteaquam vero Davides rex designatus est, Hierosolyma cum copiis invadit, et eiectis incolis oppidi Iebusaeis regiam suam Hierosolymis constituit. primus quidem certe Iebusaeis inde pulsis, ut Iosephus narrat, de suo nomine urbem Davidicam appellavit: nam Abrahami aetate Solyma nuncupabatur.

Secundum haec forte conspecta Bersabea, quae se domi suae abluebat, eius amore captus est; cumque in amplexus mulieris venisset, procurat ut maritus eius Urias in praelio quodam occumberet. non longo tempore interiecto a Nathane vate facinoris illius arguitur. secuta est ipsius fuga propter Abesalomi filii rebellionem; qua quidem in fuga concubinas suas 10 relinquit, quae domum custodirent. causa vero quamobrem Abesalomus hoc parricidium moliretur, haec fuit. habebat filiam Davides elegantissima forma praeditam, quae eadem cum Abesalomo nata matre fuerat. hanc cum Amnon, regiorum filiorum natu maximus, misere deperiret, nec libidinis explendae rationem ullam reperiret, totus contabescebat. tandem morbum simulat, ac patrem orat ut sororem adesse sibi velit in eo morbo ministrandi causa. impetrat a patre quod volebat. amorem suum

την, ἐφ' ᾧ καταπειθὴς ὁρᾶται. παραχρῆμα μῖσος τίκτεται V. 138 κατ' αὐτῆς τῷ Ἀμνών, ἐφ' ᾧ καὶ ἐκβάλλει αὐτήν. θλίβεται οὐ μικρῶς αὕτη, ἀποκαλύπτει ταῦτα τῷ Ἀβεσσαλώμ. παρατηρεῖται καιρόν, ἐξέρχεται εἰς κουρὰν τῶν θρεμμάτων αὐ- B τοῦ, συλλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀδελφούς. τελεῖται συμπόσιον, καὶ καρωθέντα τὸν Ἀμνὼν κτείνουσιν οἱ οἰκέται αὐτοῦ. ἐντεῦθεν οὖν ὁ Ἀβεσσαλὼμ πτοηθεὶς φρονεῖν ἤρξατο κατὰ πατρός. καὶ πρῶτον μὲν πείθει αὐτὸν ὁ Ἀχιτόφελ εἰς τὰς παλλακὰς εἰσελθεῖν τοῦ πατρός, ἔπειτα συμβουλεύει αὐτῷ μετὰ στρατιᾶς ὁρμῆσαι κατὰ τοῦ Δαβίδ. μὴ εἰσακουσθεὶς δὲ διὰ τὸ ἀγαθὴν δόξαι τὴν τοῦ Χουσὶ συμβουλὴν (ἔτυχε γὰρ φίλος εἶναι τῷ Δαβὶδ ὁ Χουσί) ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. ἐπὶ δὲ τούτῳ διώκεται μᾶλλον ὁ Ἀβεσσαλώμ, καὶ δὴ καταλαμβάνεται. ἀλλ' ὦ Δαβιδικῆς ψυχῆς! καὶ τοσαῦτα γὰρ C παθὼν παρὰ τοῦ πατραλοία ἔλεγε „φείσασθε τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ." ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰωὰβ κατὰ καρδίας βαλόντος τὸν Ἀβεσσαλώμ, ἡνίκα τῷ δένδρῳ ἀπῃωρήθη τῶν τριχῶν, ἐθρήνησεν ἄμετρα.

Τῷ μέντοι Δαβὶδ μελετῶντι ναὸν οἰκοδομῆσαι τῷ κυρίῳ εἶπεν ὁ Νάθαν „πάντα ὅσα ἐν τῇ καρδίᾳ σου βάδιζε καὶ ποίει, ὅτι θεὸς μετὰ σοῦ." ἠγνόησε γὰρ καὶ οὗτος τὸ μέλλον, ὡς ὁ Σαμουὴλ τὸν χρισθησόμενον υἱὸν τοῦ Ἰεσσαί, καὶ

16. βάλλοντος P.

puellae aperit, quae cum eius desiderio non adsentiretur, vitium ei per vim offert. mox concepto in eam odio foras violatam eiicit. illa non parum semet adflictare, fratri Abesalomo rem patefacere; qui temporis opportunitate observata, suorum ad pecorum tonsuram proficiscens fratres suos invitatos secum abducit. hinc epulum instruitur, Amnonemque factum hilariorem Abesalomi fratris famuli ex composito necant. ex eo tempore metuens sibi Abesalomus consilia quaedam contra patrem molitur. ac primo quidem auctor ei fuit Achitophelus ut patris concubinas iniret; deinde ut cum exercitu Davidem invaderet. verum cum ei propterea non obtemperaretur, quod Chusaei consilium melius esse visum fuisset, hominis Davidi valde familiaris, suspendio vitam finit. secundum haec Abesalomus impetu maiori patrem persequitur: sed haeret tandem. atque heic mihi Davidicum animum adspice. quanquam talia tantaque perpessus a parricida fuisset, nihilominus in haec verba suos alloquitur (2 Reg. 18 5) „parcite iuveni Abesalomo." idem, cum Abesalomus arbori crinibus innexis adhaesisset, supra modum calamitatem eius deploravit.

Secundum haec cogitanti cum animo suo Davidi de templo in honorem domini exstruendo Nathan respondet, quicquid secum facere constituisset, id moliri deo secundo pergeret. ignorabat enim

D ὡς ὁ Ἐλισσαῖος τὸ τῆς Σομανίτιδος πάθος. νύκτωρ δὲ ἐπι-
φανεὶς αὐτῷ ὁ κύριος ἔφη „πορεύου, καὶ εἰπὲ τῷ δούλῳ μου
τῷ Δαβὶδ „ὅτι οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μου οἶκον, ὅτι αἵματα
πολλὰ ἐξέχεας ἐπὶ τῆς γῆς ἐναντίον μου." τοῦτο δὲ εἰρῆσθαι
δοκεῖ εἰς ὠφέλειαν τῶν τὰς μιαιφονίας ἐργαζομένων· οὐδὲ
γὰρ ἂν δίκαιον φόνον ἐμέμψατο τῷ βασιλεῖ ὁ τοῦ Φινεὲς
τὸν δίκαιον φόνον θυσίας προσαγορεύσας. ἐφ' ᾧ καὶ δίδωσι
Δαβὶδ Σολομῶντι τῷ υἱῷ αὐτοῦ τὸ παράδειγμα τοῦ ναοῦ καὶ
τῶν οἴκων αὐτοῦ. πάντα ἐν γραφῇ ἐκ χειρὸς κυρίου δέδω-
κεν αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Νάθαν ἡνίκα πρὸς αὐτὸν ἀπε-
P. 179 στάλη παρὰ θεοῦ, εἶπε „καλὸν τοῦτο ἐποίησας, ὅτι ἐγενήθη
ἐν τῇ καρδίᾳ σου περὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον· ἀλλ' οὐ σύ,
οἰκοδομήσει ὁ ἐκ σοῦ δέ."

Εἰ καὶ μακροθυμεῖ ὁ θεὸς τῆς ἁμαρτίας τολμωμένης,
ἀλλ' ὀψέ ποτε κολάζει. ἴδε γὰρ ὅτι μετὰ τῶν Γαβαωνιτῶν
οἱ Ἰσραηλῖται συνέθεντο μὴ φονεῦσαι αὐτούς, ὁ δὲ Σαοὺλ
σὺν τοῖς ἄλλοις ἀλλοφύλοις καὶ αὐτοὺς ἀπέκτεινε. τὰς μέν-
τοι τοῦ τοιούτου τολμήματος δίκας ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ εἰσέπραξε,
λοιμὸν ἐπενεγκών. καὶ εἰ μὴ τοὺς τοῦ Σαοὺλ ἑπτὰ παῖδας
B ἐφόνευσαν, οὐκ ἂν ἡ θεία ὀργὴ ἔπαυε. μανθάνομεν οὖν ἐκ
τούτου ὡς γένους ὁ δεσπότης οὐκ οἶδε διαφοράν, ἀλλὰ τοῖς

vates quid futurum esset, quemadmodum inungendus Iessaei filius a Samuelo non agnoscebatur, et Elissaeus calamitatem Sumanitidis ignorabat. sed noctu deus Nathani conspectus inquit (1 Paral. 17 4) „abi significatum famulo meo Davidi, non ipsum esse qui aedem domino sit exstructurus„ multum enim ab eo sanguinis esse fusum." quod quidem postremum ad utilitatem eorum dictum esse videtur qui caedibus sese coinquinant. nam caeteroqui minime putandum est deum huic regi caedes iustas exprobrare voluisse, cum perpetratam a Phineaso caedem aequissimam sacrificii nomine dignetur. hanc igitur ob causam Davides Solomoni filio suo tradit exemplar exstruendi templi et aedificiorum eius, idque manu domini expressum. Nathan certe, cum ad Davidem a deo fuisset ablegatus, ostendit eum his rebus filio relinquendis occupatum fuisse. factum, inquit, abs te praeclare, quod huiusmodi curam susceperis de templi structura: non tamen ea per te sed natum ex te filium perficietur.

Observandum obiter quod tametsi deus facinore quodam designato longa utatur patientia, tandem tamen aliquando puniat. eius rei licet a Gabaonitis exemplum petere. pacti cum Gabaonitis fuerant Israelici non se illos interempturos. at Saulus eos nihilominus una cum exteris nationibus reliquis excidit. eius facinoris poenas deus per illatam regnante Davide famem exegit. quod nisi septem Sauli filii fuissent interempti, ira dei non cessasset. hinc animadvertere licet

ἠδικημένοις, κἂν ἀλλογενεῖς ὦσιν, ἐπαμύνει δικαίως θεός.
καὶ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ τὸν Οὐρίαν ἀδικήσας ἀλλόφυλον ὄντα
(Χετταῖος γάρ) οὐκ ἀτιμώρητος ἔμεινε. τὸ δὲ μοιχίδιον βρέ-
φος, ὃ πρῶτον τῇ Βηρσαβεὲ γέγονε μοιχευθείσῃ τῷ Δαβίδ,
ἐπάταξεν ὁ θεός. ζῶν γὰρ ἔμελλεν εἶναι τοῦ εὐσεβοῦς βα-
σιλέως ὄνειδος καὶ τῆς αὐτοῦ παρανομίας ἔλεγχος. κηδόμε- V. 139
νος οὖν αὐτοῦ ζῆν τὸ τοιοῦτον ὁ δεσπότης οὐκ εἴασεν.

Ἡ δὲ πρώτη βίβλος τῶν Παραλειπομένων αἰνίττεται ὡς C
τοῦ Δαβίδ εἰσιν ἅπαντες οἱ ψαλμοί, καθά φησι Θεοδώρη-
τος. λέγει γὰρ ὅτι ἔταξε Δαβὶδ ἐν ἀρχῇ τοῦ αἰνεῖν τὸν κύ-
ριον ἐν χειρὶ Ἀσαφὰτ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. ὁ μέντοι
Δαβὶδ ἐτῶν τριάκοντα βασιλεύσας, ὥς φησι Θεοδώρητος, πε-
ρὶ τὰ ἑβδομήκοντα τὸ τοῦ βίου τέλος ἐδέξατο. προσθετέον
δὲ τοῖς ἄνω καὶ τάδε καθ' ἱστορίαν ὄντα τοῦ Ἰωσήπου. κα-
τὰ Παλαιστινῶν ἐκστρατεύει ὁ Δαβίδ, καὶ διώξας ἐπὶ πολὺ
διέστη τῶν αὐτοῦ πάντων. καὶ ἰδὼν αὐτὸν μεμονωμένον καὶ D
ὑπὸ κόπου ἔκλυτόν τις τῶν ἐναντίων, ὃς καὶ ἀπόγονος τῶν
Γιγάντων ἦν, ἠπείγετο θανατῶσαι αὐτόν. καὶ τοῦτο ἂν ἐγε-
γόνει, εἰ μὴ Ἀβεσαῖος ὁ ἀδελφὸς Ἰωὰβ παρευθὺς εὑρε-
θεὶς ἐκεῖσε ἀπέκτεινε τὸν πολέμιον, ἐκεῖνον δὲ σῶον ἐπανε-
σώσατο. ὅθεν καὶ ὤρκωσεν αὐτὸν ὁ λαὸς ἅπας ὡς μὴ τοῦ

13. τὰ] τοὺς P.

dominum generis discrimen nullum admittere, sed adfectos iniuria, tametsi generis diversi et peregrini sint, iusto iudicio suo vindicare. quinetiam ipse Davides, quod Uriam per scelus violasset, hominem caeteroquin alienigenam, ut qui Chettaeus esset, impune non tulit. ex adulterio quidem conceptus infans, primus ei natus ex Bersabea, divinitus morbo adfectus interiit: quippe si superstes mansisset, pio regi fuisset probro et manifestum admissi facinoris indicium atque argumentum. quamobrem divina de Davide cura providentiaque factum est ut eiusmodi puero vita longior non concederetur.

Caeterum in Omissorum primo libro significatur omnes psalmos Davidis esse. testatur idem Theodoritus quoque, primum Davidem ordinasse dicens, Asaphati et fratrum eius opera, ut hymnis deus concelebraretur. cum autem Davides, eodem Theodorito auctore, annos triginta regnasset, septuaginta vixisset, fato functus est. libet hoc loco superioribus haec quoque de Iosephi narrationibus adiicere. accidit aliquando ut copias Davides adversus Palaestinos educeret, cumque persecutus eos diu fuisset, longo intervallo a suis omnibus est divulsus. tum quidam ex hostibus, e gigantum posteritate natus, eum solum desertumque videns ac prae labore viribus destitutum, interficere festinabat; ac factum id sane fuisset, ni Abisaeus Ioabi frater mox adfuisset hostemque peremisset ac Davidem salvum

λοιποῦ σὺν αὐτοῖς ἁπαντᾶν εἰς πόλεμον. στρατοπεδεύουσι καὶ αὖθις κατὰ τῶν Ἑβραίων οἱ Παλαιστινοί, ἐν οἷς ἦν ἀνὴρ τὸ μὲν ὕψος ἓξ πήχεων, δακτύλους δὲ ἐν ἑκατέρᾳ τῶν βάσεων καὶ τῶν χειρῶν περισσοτέρους εἶχε τῶν κατὰ φύσιν· ἀπόγονος γὰρ τῶν Γιγάντων ἦν. τοῦτον ἀποκτείνει μονομαχήσας
P. 180 *Ἰωνάθαν τις Σουβαῖος, ὅθεν καὶ νίκης αἴτιος γίνεται. ἔκτοτε οὖν παύονται οἱ Παλαιστινοὶ τοῦ πρὸς Ἑβραίους μάχεσθαι. ἐφ' ᾧ λαβὼν ἄδειαν ὁ Δαβὶδ ὑμνεῖν ἤρξατο τὸν θεὸν καὶ τὰς ᾠδὰς ἔπλεκεν.*

Ἰστέον δὲ ὅτι στρατιώτας ἀμάχους μὲν τὴν ἰσχὺν πολλοὺς ὁ Δαβὶδ ἐκτήσατο, ἐξαιρέτως δὲ πέντε. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν χ΄ ἀνεῖλεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ὁ δὲ κατ' ἐχθρῶν ἐκπηδήσας οὐκ ἂν ἐπαύετο εἰ μὴ ἐννακοσίους ἀνεῖλε. τοσοῦτον γὰρ τολμηροὶ ἦσαν ὡς καὶ τρεῖς ἐξ αὐτῶν πρὸς Βηθλεὲμ ἀπελθεῖν καὶ ἀγαγεῖν ὕδωρ τῷ Δαβὶδ ἐντὸς ὄντι Ἱεροσολύμων,
B *εἰσελθόντας αὐτοὺς καὶ ἐξελθόντας διὰ μέσων τῶν Παλαιστινῶν ἔξω παρακαθημένων καὶ μὴ τολμησάντων αὐτοῖς ἀντιπεσεῖν διὰ τοσοῦτον θράσος αὐτῶν. ὃ ὕδωρ οὐκ ἠθέλησε πιεῖν ὁ Δαβίδ, ἀλλ' ἔσπεισε τῷ θεῷ, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐθαύμασε.*

Μετὰ δὲ ταῦτα χειροτονηθεὶς παρὰ τοῦ Δαβὶδ ὁ Σολομὼν ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου κυρίου εἰς βασιλείαν, τουτέστιν εἰς

suis restituisset. qua de causa populus universus eum iureiurando adstrinxit, quo se deinceps cum caeteris in praelia non profecturum polliceretur. rursum Palaestini castra castris Hebraeorum opposuerant, habebantque secum hominem proceritate sex cubitorum, cui essent in utraque planta pedis et utraque manu digiti plures quam naturae conveniret: erat enim et ipse de gigantum posteris oriundus. hunc, duello congressus, Ionathan Subaeus quidam interficit, eoque pacto victoriae suis auctor exstitit. ab eo tempore Palaestini bello Hebraeos adoriri desierunt, qua occasione Davides otium a negotiis nactus hymnis deum laudare coepit odasque sacras contexere.

Sciendum est autem habuisse quidem milites Davidem complures invicti roboris, verum quinque omnino eximios. horum in numero fuit unus qui sexcentos hostes uno die interemit, item alius qui adversus hostes prosiliens caedendi finem prius non fecit quam nongentos occidisset. tanta itidem praediti erant audacia, ut tres eorum Bethlehemam pergerent ac Davidi tum Hierosolymis degenti aquam adferrent, profecti eo vicissimque reversi per medios Palaestinos, extra oppidum in castris considentes, nec propter insignem hanc audaciam se ipsis obiicere ausos. atque hanc aquam bibere Davides noluit, sed militum virtutem admiratus eam deo libavit.

Secundum haec designatus a Davide Salomo, consedit in throno

τὸν δοθέντα θρόνον αὐτῷ παρὰ κυρίου. τῆς δὲ πρώτης βίβλου τῶν Παραλειπομένων τὸ τέλος δηλοῖ ὅτι καὶ Σαμουὴλ ὁ ὁρῶν καὶ Νάθαν ὁ προφήτης καὶ Γὰδ ὁ ὁρῶν βίβλους εἶχον συγγεγραμμένας. ἰστέον ὅτι Ὀρνίας καὶ Ἀδωνίας ὁ αὐ- B
τὸς ἦν, υἱὸς δὲ Δαβίδ· διώνυμος γάρ. οὗτος δειπνοκλήτορας ἔχων τὸν Ἰωὰβ καὶ τὸν Ἀβιάθαρ περὶ τῆς βασιλείας ἐμελέτα. ὁ δὲ Νάθαν μηνύει τὰ περὶ τούτων τῇ Βερσαβεέ (οἶδε γὰρ τὸν σκοπὸν τοῦ θεοῦ), αὕτη δὲ μηνύει τῷ Δαβίδ. ὁ μέντοι Δαβὶδ δι' ἑαυτοῦ μὲν τὸν Ἰωὰβ τιμωρῆσαι μὴ θελήσας ἅτε ὑπὲρ αὐτοῦ πολλὰ κοπιάσαντα, τῷ Σολομῶντι παραινεῖ ἀποκτεῖναι αὐτόν, ἵνα μὴ τῆς νεότητος αὐτοῦ καταφρονήσῃ. τὰ αὐτὰ δὲ συμβουλεύει αὐτῷ καὶ περὶ τοῦ Σεμεεὶ ὡς ἀρχηγοῦ ὄντος, εἰ καὶ αὐτὸς ἐκαρτέρει πολλὰ καὶ C
πολλάκις ὑβριζόμενος παρ' αὐτοῦ. κρατεῖ ὁ Σολομών, καὶ τηνικαῦτα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ὀρνίαν φονεύει. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ Ἰωὰβ ὡσαύτως ποιεῖ, κἂν τῷ θεῷ προσέφυγεν· ὁ γὰρ V. 140
θεῖος νόμος τὸν προσπεφευγότα τῷ ναῷ ἀνδροφόνον ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν.

Ὁ Σολομὼν ἐν χιλιόμβοιν ἱερατεύσας ἱκέτευε τὸν θεόν, καὶ σοφίας τυχεῖν ᾔτησε καὶ συνέσεως. ὤφθη δὲ αὐτῷ κύριος ἐν ὕπνῳ καὶ εἶπεν „αἴτησαι τὸ αἴτημα σεαυτῷ." ὁ δὲ εἶπε „σὺ ἔδωκας τὸν δοῦλόν σου ἀντὶ Δαβὶδ τοῦ πατρός μου,

domini ad obtinendum regnum, hoc est in solium Davidi a domino tributum. in Omissorum primo libro perscriptum legimus Samuelum Nathanem Gademque vates commentariis res a Davide gestas complexos esse. sciendum eundem fuisse Orniam et Adoniam, ut qui duplex nomen habuerit. hic cum ad convivium invitasset Ioabum et Abiatharem, de occupando regno sollicite cogitabat. tum Nathan vates horum consilia Bersabeae aperit (norat enim dei mentem atque institutum), Bersabea rem ad Davidem defert. Davides, qui per se Ioabum adfici supplicio nollet, quod is multos labores ipsius causa pertulisset, Solomoni filio consuluit ut eum interficiat, ne iuventutem ipsius flocci faceret. idem ei dat consilii de Semeio plane seditioso homine; quem tamen ipse tulerat, licet multis ab eo fuisset aliquoties iniuriis adfectus. secundum haec regno potitur Solomo, et fratrem suum Orniam interficit. idem Ioabo accidit, quanquam is ad aram dei profugisset. lex enim divina homicidam, qui ad templum fugisset, interfici iubet.

Hinc Solomo cum mille aliquando victimas immolasset, deo supplicat, et sapientiam prudentiamque sibi ut largiatur orat. nam deus ipse per somnum ei se obtulerat et aliquid ab se uti postularet iusserat. ille vero respondens „tu me" inquit (3 Reg. 13 7) „in patris

καὶ ἐγὼ εἰμι παιδάριον μικρόν, καὶ ἐγὼ οὐκ οἶδα τὴν εἴσοδόν μου καὶ τὴν ἔξοδόν μου, καὶ δώσεις τῷ δούλῳ σου καρδίαν ἀκούειν καὶ διακρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ."
P. 181 καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτόν „ἀνθ᾽ ὧν ᾐτήσω παρ᾽ ἐμοῦ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ οὐχ ἡμέρας πολλὰς οὐδὲ πλοῦτον οὐδὲ ψυχὰς ἐχθρῶν σου, ἀλλ᾽ ᾐτήσω σεαυτῷ σύνεσιν τοῦ εἰσακούειν ῥῆμα, ἰδοὺ πεποίηκα κατὰ τὸ ῥῆμά σου. ἰδοὺ δέδωκά σοι καρδίαν φρονίμην καὶ σοφήν, ὅση οὐ γέγονεν ἔμπροσθέν σου, καὶ μετὰ σὲ οὐ γενήσεται ὅμοιός σοι ἐν βασιλεῦσι. καὶ ἐὰν πορευθῇς ἐν τῇ ὁδῷ μου ὡς Δαβὶδ ὁ πατήρ σου, πληθυνῶ τὰς ἡμέρας σου." μετὰ ταῦτα οἰκοδομεῖ ναὸν τῷ θεῷ, καὶ
B αἰτεῖ εἶναι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἀνεῳγμένους ἐπὶ τὸν θεῖον οἶκον καὶ εἰσακούειν αὐτῶν. καὶ ὤφθη κύριος τῷ Σολομῶντι δεύτερον, καθὼς ὤφθη ἐν Γαβαώ, καὶ εἶπεν „ἤκουσα τῆς φωνῆς τῆς προσευχῆς σου, καὶ ἡγίασα τὸν ναὸν τοῦτον· καὶ ἔσονται οἱ ὀφθαλμοί μου ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία μου πάσας τὰς ἡμέρας. ἐὰν δὲ ἀποστραφῆτε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἐξαρῶ τὸν Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς ταύτης, καὶ τὸν οἶκον τοῦτον ὃν ἡγίασα τῷ ὀνόματι, ἀπορρίψω αὐτὸν ἐκ προσώπου μου." τοῦ μέντοι Σολομῶντος προσευξαμένου πῦρ οὐρανόθεν κατηνέχθη καὶ τὰς προσενεχθείσας θυσίας ἠνάλωσεν. ὅρα λοιπὸν ὅση
C πρότερον ἡ τοῦ Σολομῶντος εὐσέβεια, εἴγε καὶ πῦρ ἐπὶ ταῖς

mei Davidis locum suffecisti, famulum tuum. ego vero puer adhuc sum admodum, et per aetatem res necdum administrare possum. quamobrem famulo tuo da mentem docilem ad regendum populum tuum, utque ius ei dicere ex ipsa aequitate possim." tum deus „quando" ait „tu istud petiisti, non longam aetatem, non divitias, non hostium tuorum necem, sed prudentiam ad discernenda iura postulasti, scito me tibi quod in votis erat concessisse. en tantam mentis prudentiam atque sapientiam tibi largior, ut tibi par inter reges nemo neque ante te fuerit neque post te sit futurus. quodsi traditam a me vitae rationem patris tui Davidis exemplo secutus fueris, etiam tibi aetatem producam." secundum haec fanum exstruit, atque deum precatur ut apertis ac vigilantibus oculis divinam hanc aedem respiciat, et homines in ea supplicantes exaudiat. tum altera vice deus ei perinde se obtulit atque apud Gabaonem factum fuerat, et haec effatus est verba (2 Paral. 7 12) „ego tuas ad me preces et supplicationem exaudivi, et istam a te constructam aedem consecravi. tam oculos ibi quam mentem semper habebo. quodsi a me desciveritis, Israelicos ego de hac terra exstirpabo; et hoc templum, quod nomini meo consecravi, a conspectu meo repudiabo." eodem Solomone preces concipiente ignis de coelo lapsus est et hostias ob-

θυσίαις αὐτοῦ κατεφέρετο. καὶ τὸν μὲν ναὸν λίθοις ἀπελεκήτοις οἰκοδομεῖ (αὐτοφυεῖς γὰρ εὑρέθησαν θείᾳ προνοίᾳ, ὥστε μηδενὸς ἁρμονίαν δεηθῆναι σιδήρου, ὥς φησι Θεοδώρητος), τὸν δὲ τοῦ ἱεροῦ περίβολον τμητοῖς λίθοις ἐδομήσατο, κἀκεῖ καὶ λατόμων δέεται. τὸ μέντοι μῆκος τοῦ ναοῦ ἑξήκοντα πηχέων ἦν, καὶ εἴκοσι τὸ εὖρος. κύκλῳ τοῦ ναοῦ οἰκίσκοι ᾠκοδομήθησαν χάριν τῶν Λευιτῶν καὶ τῆς τῶν σκευῶν ἀποθέσεως· τὰ γὰρ ἅγια μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ἦσαν βατά. τὸ δὲ τοῦ ναοῦ ὕψος ρκ' πήχεων ἦν. πάντα δὲ τὸν ναὸν χρυσὸς συνεκάλυπτε. ταῦτα δὲ πάντα τὰ τοῦ ναοῦ ἡ μὲν D χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπέδειξε τῷ Δαβίδ, αὐτὸς δὲ τῷ Σολομῶντι. οἰκοδομεῖ δὲ τὸν θεῖον οἶκον ἐκεῖνον μετὰ τλ' ἔτη τῆς ἐξόδου. παρῆλθον δὲ τοσαῦτα ἔτη, ὅπως ἀποκαμόντες τῇ εἰς τὰ ὄρη περιπλανήσει τὸν ἕνα τόπον τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγαπήσωσι.

Ταῦτα δὲ τά κατά γε τὸν παλαιὸν ναόν, ὃς εἰς τρία διῄρηται, εἴς τε τὴν τῶν λαϊκῶν δηλαδὴ στάσιν, τὴν τῶν ἱερέων καὶ τῶν Λευιτῶν, ὃς δὴ καὶ τόπος ἅγιος ἐλέγετο, καὶ εἰς αὐτὰ τὰ ἄδυτα, ἃ δὴ καὶ ἅγια τῶν ἁγίων ἐκαλεῖτο, ἐν οἷς οὐδεὶς εἰσήρχετο εἰ μὴ μόνος ὁ ἀρχιερεύς, κἀκεῖνος ἅπαξ P. 182

12. τλ'] 480 numerari Reg. 3 6 monet Labbeus, nec deesse qui 580 malint. 16. τὰ om P.

latas absumpsit. de quo licet animadvertas quanta Solomonis initio pietas et religio fuerit, quando impetrare potuit ut in victimas ipsius ignis e coelo delaberetur. templum autem de lapidibus exstruxit ascia nulla politis: nam divina providentia factum est ut sic per se nati reperirentur, nullo ut ferro quemadmodum Theodoritus memoriae prodidit, ad eos inter se compingendos et concinnandos opus esset. at vero templi munimentum exterius e caesis lapidibus aedificavit, ibique lapicidarum necessaria erat opera. templi longitudo fuit sexaginta cubitorum, latitudo viginti. in eiusdem circuitu passim aediculae quaedam ad Levitarum usus adstructae sunt, et ut vasa sacra in eis reponerentur: nam hoc sacrarium solis a sacerdotibus adiri fas erat. altitudo fani cubitorum erat centum viginti. et quidem fanum hoc universum auro integebatur. omnia vero istaec in templo construenda spiritus sanctus per gratiam suam Davidi demonstravit, Davides rursum Solomoni filio; qui divinam hanc aedem anno ab Israeliticorum ex Aegypto migratione 320 aedificavit. tot autem intercesserunt anni, ut tandem pertaesi obvagationum illarum quosvis in montes locum unicum, videlicet Hierosolyma, diligerent.

Caeterum quae in hoc veteri fano fuerunt, diviso tres in partes, nimirum in locum ubi laici consisterent, et ubi versarentur sacerdotes ac Levitae, qui locus peculiare sacrarii nomen habebat, in Adyta denique sacrarium sanctissimum nuncupata, quae adire nemini prae-

τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ταῦτα οὐ χωρὶς αἵματος, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς οὐρανοῖς εὑρήσεις. ἐν γὰρ τῷ πρὸς ἡμᾶς οὐρανῷ, τῷ V. 141 ἀέρι δηλονότι, πάντα δὴ τὰ ἀγελαῖα ζῶα, ἐσώτερον δὲ τοῦ φαινομένου στερεώματος, ὥς φησιν ὁ Σιναΐτης θεῖος Ἀναστάσιος, τὰς οὐρανίας διαγούσας δυνάμεις, ἴσως δὲ καὶ αὐτὰς τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. ἀνώτερον δὲ τοῦ δευτέρου καὶ ἀοράτου οὐρανοῦ οὐδεὶς εἰσελήλυθεν εἰ μὴ μόνος ὁ ἀληθὴς ἀρχιερεὺς Χριστός, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. ὅτι δὲ τὰ τοῦ B ἐπιγείου τοῦδε ναοῦ κατ' εἰκόνα τῶν ἐπουρανίων ἔκτισται, καὶ αὐτὸς ὁ πάμμεγας Παῦλος ἐδήλωσεν οὕτως εἰπὼν „οὐδὲ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστός, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν." ὅρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ τὰ φαινόμενα τοῦ ναοῦ τοῦδε κάλλη τῆς ἀφανοῦς ἐκείνης εὐπρεπείας εἰσὶν ἀπεικονίσματα, αἱ δ' οὖν αἰσθηταὶ εὐωδίαι τῆς νοητῆς διαδόσεως ἐκτυπώματα. τὰ δὲ ὑλικὰ φῶτα τῆς ἀΰλου φωτοδοσίας εἰκόνες τυγχάνουσι· καὶ γὰρ διὰ τῶνδε τῶν ὑλαίων πρὸς τὴν ἄρρητον ἐκείνην θεωρίαν, καθὰ δήπου καὶ τῷ μεγάλῳ C δοκεῖ Διονυσίῳ, χειραγωγούμεθα.

Ὅτι δὲ πάντας ὑπερβαίνων ἦν ἐπὶ πᾶσιν ὁ Σολομών, ἡ γραφὴ διδασκέτω σε λέγουσα „καὶ ἐμεγαλύνθη Σολομὼν ὑπὲρ

ter summum pontificem fas erat, ac ne illi quidem aliter quam semel in annos singulos, nec sine sanguine: haec igitur etiam licet in coelis deprehendere. nam in coelo nobis proximo, nimirum in aëre; sunt animalia quaevis promiscue; in altero, quod intra firmamentum adspectabile continetur, ut Anastasius ille Sinaites ait, coelestes illae potestates degunt ac fortassis etiam sanctorum hominum animae; ultra vero illud alterum et inadspectabile coelum nemo pervenit unquam praeter verum illum Christum. et quidem fanum illud terrestre conditum fuisse ad imaginem rerum coelestium etiam maximus ille Paulus noster hisce verbis significavit (Hebr. 9 24) „non in manufactum sacrarium Christus ingressus est, quod veri sacrarii foret exemplar, sed in ipsum coelum, ut nunc deo coram pro nobis appareat." atque heic si diligenter animum advertas, videbis ornamenta fani sub oculos cadentia quasi quasdam expressas imagines esse pulcritudinis illius inadspectabilis. sensiles quidem suffituum fragrantiae repraesentant nobis halitum et suffitum illum intellectilem. facta de terrestri materie lumina sunt imagines lucis illius coelestis et materiei prorsus expertis. nimirum per hasce res materie constantes ac terrenas ad contemplationem illam ineffabilem, quemadmodum et magno illi Dionysio videtur, quasi manu ducimur.

Ut autem ad Solomonem revertamur, superasse illum omnes omnibus rebus sacris ex litteris cognoscas licet. tantum, inquiunt

πάντας τοὺς βασιλεῖς Αἰγύπτου πλούτῳ καὶ φρονήσει, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐζήτουν τὸ πρόσωπον Σαλομῶντος τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. ἐπληθύνθη γὰρ ἡ σοφία αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα φρόνιμον Αἰγύπτου." τὰς τοῦ Σολομῶντος βίβλους, ἀφ' ὧν καὶ οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες τὰς ἀφορμὰς ἔλαβον. μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν ἐκ θεοῦ τὴν σοφίαν τρισχιλίας μὲν παραβολὰς καὶ πεντακισχιλίας ᾠδὰς ἐλάλησε περὶ πάν- D των τῶν τε ἐκ γῆς φυομένων καὶ πάντων τῶν ζώων. ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ὁ συγγραφεύς φησιν ὅτι ἐλάλησεν περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης ἐκ τοῦ τοίχου. παρὰ δὲ Ἐζεκίου κεκαῦθαί φησιν ὁ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος. ὅσα καὶ γὰρ ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ, ἐν ἀέρι, ἀφορμαὶ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας ἐγένοντο. οὕτω μὲν οὖν ὁ Ἐζεκίας καὶ ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ἐποίησε ψαλμοῖς. τούτων καὶ γὰρ ἐν ταῖς αἰχμαλωσίαις ἀπολωλότων, Ἔσδρας τις ἀνὴρ εἰς ἄκρον τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἐληλακὼς τ' ὅλους ἀπηριθμήσατο ἢ καὶ πλείους συλλέξας. ἀλλ' ὁ Ἐζεκίας τοὺς πλείους τῶν ψαλμῶν ἀθετήσας ὡς μὴ P. 183 τοῦ Δαβὶδ εἶναι ὡμολογημένους, τοὺς ρν' καὶ μόνους ἀπέκρινεν, ὡς ὁ σοφώτατος Ψελλὸς ἱστορεῖ. ἐφυσιολόγησε δὲ Σολομὼν καὶ περὶ λίθων, οὐχ ὅπως ἐχρώσθησαν μόνον ἢ

9. τοῦτο P.

(3 Reg. 4 34), divitiis et sapientia cunctos Aegypti reges excelluit Solomo, ut omnes orbis terrarum reges conspectum eius requirerent audiendae sapientiae causa, qua longe amplissima praeditus quosvis sapientes Aegyptios post se relinquebat. idem Solomo cum divinitus sapientiam tantam nactus fuisset, sententiarum tria milia protulit, et odarum quinque milia de omnibus e terra nascentibus et cunctis animalibus composuit. hoc enim indicare volens auctor historiae verbis huiusmodi usus est „disseruit de arboribus, a cedro Libani usque ad hysopum, in parietinis qui nascitur." ex his libris Solomonicis medicorum natio multa commentandi occasiones sumpsit: nam quaecunque in terra, in mari, in aëre existunt, Solomoni ad philosophandum materiem suppeditarunt. nonnulla tamen Solomonis praeseferentia fuisse ab Ezecia concremata, doctissimus ille plurimarumque rerum cognitione praeditus Eusebius memoriae prodidit. idem hic Ezecias in Davidicis etiam psalmis praestitit: nam cum in captivitatibus illi amissi forent, Esdras quidam, vir ad summum Hebraicae linguae peritus, trecentos, immo plures collectos recensuit: verum Ezecias compluribus ex hisce psalmis plane reiectis, ut qui citra controversiam Davidis appellari nequirent, solos 150 reliquos suffragio suo approbavit, quemadmodum Psellus ille doctissimus scripsit. praeterea Solomo de gemmis quoque disseruit earumque natura, non tantum quo illae pacto

συνεπάγησαν, ἀλλὰ καὶ ὅπου ἑκάστη συντελεῖ. τὴν μὲν σω-
φροσύνης ἔφησε φυλακτήριον, τὴν δὲ πρὸς τὰ θειώδη ἀντέ-
χειν πυρσά, ἑτέραν δὲ φυγαδεύειν πνεύματα πονηρά. ἀλλὰ
καὶ περὶ δαιμόνων ἐτέθη βιβλίον αὐτοῦ, ὅπως τε κατάγονται
B καὶ ἐν οἵοις εἴδεσι φαίνονται. φύσεις δὲ τούτων καὶ ἰδιότη-
τας ἔγραψε, πῶς τε δεσμοῦνται καὶ πῶς ἐμφιλοχωροῦντες
ἀπολύονται. ὅθεν ἔργα τούτοις ἀχθοφόρα ἐπέταττεν, ὑλοτο-
μεῖν τε, ὡς λόγος, ἠνάγκαζε, καὶ κατωμαδὸν τὰ ἄχθη φέ-
V. 142 ρειν παρεβιάζετο. ᾠδηκότα τε σπλάγχνα ἢ ἐπῳδαῖς ἢ βοτά-
ναις περιτιθεὶς ἐθεράπευεν. ἀλλ' ὅ γε θεῖος Ἐζεκίας θεῷ
ἑαυτὸν ἀνατιθείς, καὶ πάντα τῆς ἐκεῖθεν προνοίας ἐξαρτή-
σας, τῶν ὑπὲρ φύσιν τῷ Σολομῶντι φιλοσοφηθέντων ὠλιγώ-
ρησεν. ὧν δὲ ἱστόρησεν ὁ Ψελλός, καὶ ὁ Ἰώσηπος μάρτυς
ἐστὶ λέγων „καὶ ἐπῳδὰς κατὰ δαιμόνων καὶ ἐξορκισμοὺς ἐπε-
C νόησεν, αἷς" φησὶν „οἶδα χρώμενον Ἐλεάζαρ τὸν Ἰουδαῖον,
δακτύλιον ἐντιθέντα τῇ ῥινὶ τοῦ πάσχοντος, καθὰ Σολομὼν
ὑπέδειξε· καὶ ὀσφραινόμενον τὸ δαιμόνιον εὐθέως ἐκεῖθεν
ἠλαύνετο. δῆλον δὲ τοῦτο γίνεσθαι διά τινος ὑποτεθέντος
ἀγγείου μεστοῦ ὕδατος· συνεταράσσετο γὰρ τὸ τοιοῦτον ὕδωρ
ἐκείνου ἐξερχομένου." ταῦτα δὲ πάντα τὰ περὶ Σολομῶντος
ἱστορούμενα καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐπιβεβαιοῖ ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ

9. ᾠδικώτατά P.

colores hos vel illos accipiant vel gignantur et coalescant, verum etiam quis uniuscuiusque sit usus: aliam enim pudicitiae custodem esse pronuntiavit, aliam sulfureis inflammationibus resistere, aliam malos genios abigere. quinetiam librum de geniis composuit, quo nimirum pacto e sublimi deducantur et qualibus formis appareant. eorundem naturas atque proprietates complexus est, tum quo pacto vinculis adstringantur et certis locis adsueti abigantur. hinc factum ut operas quasdam gestandorum onerum eis imponeret: nam et materiem, ceu perhibent, eos caedere cogebat, et humeris onera portare. idem hominum viscera exulcerata vel carminibus vel herbis adhibitis sanabat. verum divinus homo Ezecias, qui se totum deo consecrasset ac mancipasset eiusque ad providentiam cuncta referret, parvi ea fecit quae supra naturam Solomo philosophatus esset. haec autem a Psello tradita veritati consentanea esse Iosephus quoque verbis hisce testatur: etiam carmina quaedam adversus genios et eorundem adiurationes excogitavit; quibus, inquit, memini Iudaeum quendam Eleazarum utentem, annulum naribus hominis agitati malo a genio sic admovisse, quemadmodum indicavit Solomo; quem cum genius olfecisset, continuo ex eo migravit. et migrationem hanc fieri de vase quodam, aqua repleto, perspicue animadverti poterat: nam aqua genio exeunte turbabatur. atque haec omnia de Solomone com-

τῇ λεγομένῃ Σοφίᾳ Σολομῶντος, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διεξιὼν „ὁ θεὸς ἔδωκέ μοι τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι τε σύστασιν κόσμου, θέσεις ἀστέρων καὶ φύσεις ζώων, διαφο- D ρὰς φυτῶν καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, καὶ γνῶσιν τὴν ἐν κρυπτῷ." οὐκοῦν ἀξιόπιστα πάντα τὰ περὶ Σολομῶντος λεγόμενα.

Σοβὰ ἔθνος Αἰθιοπικόν. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμαστὴ ἐκείνη Σίβυλλα. μήτε γὰρ νόμον εἰδυῖα μήτε προφητῶν ἀκούσασα διὰ τοῦ Σολομῶντος τὸν τῆς σοφίας ὕμνησε χορηγόν· „γένοιτο" γὰρ ἔφη „κύριος ὁ θεός σου εὐλογημένος, ὃς ἠθέλησεν ἐν σοὶ δοῦναί σε ἐπὶ θρόνου Ἰσραήλ." ἐν οἷς δὲ τὸν Σολομῶντα ἐπείραζεν αὕτη, καὶ τοῦτο ἐπενόησεν. εὐόπτους παῖδας ἄρρενάς τε καὶ θηλείας ὁμοτρόπῳ στολῇ καὶ P. 184 κουρᾷ τῇ αὐτῇ καλλωπίσασα παρέστησεν αὐτῷ, ζητοῦσα ἑκατέρου γένους αὐτὴν διάκρισιν ποιήσασθαι. ὁ δὲ νίψασθαι τούτους προστάξας τὸ πρόσωπον, ἑκατέρων τὴν φύσιν διέγνωκε, τῶν μὲν ἀρρένων ἀνδρικῶς τὰς ὄψεις καταψώντων, τῶν δὲ θηλειῶν ἁπαλῶς. ἡ δὲ ἐκπλαγεῖσα εἶπεν ὅτι πλείονα ἑώρακα ὑπὲρ ὃ ἤκουσα. καὶ δοῦσα αὐτῷ χρυσίου τάλαντα ρκ' καὶ ἡδύσματα καὶ λίθους τιμίους καὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἀφ' οὗ ἡ Παλαιστίνη τοῦτο γεώργιον ἔσχεν, ὥς φησιν Ἰώσηππος, ὑπέστρεψε. τὸ δὲ τάλαντον ἔχει λίτρας

memorata confirmat ipse in eo libro qui Sapientia Solomonis appellatur (7 20), his ipsis verbis „deus mihi dedit rerum cognitionem verissimam ut mundi compagem perspectam habeam, siderumque situs et naturas animantium et stirpium differentias et radicum vires et abditorum cognitionem." quibus sane verbis ostenditur omnia de Solomone prodita fidem mereri.

Caeterum Sabaei natio sunt Aethiopica. eorum regina fuit admiranda illa Sibylla, quippe quae cum legem ignoraret nec vates audisset, per Solomonem sapientiae subministratorem deum praedicavit. celebretur, ait (3 Reg. 10 9), dominus deus ille tuus, qui tibi sic faverit ut te Israelicorum solio imponeret. haec inter alia quibus Solomonem tentavit, etiam huiusmodi quiddam excogitavit. formosos aliquot pueros, tam mares quam femellas, uniusmodi vestitu et eadem tonsura cum exornasset, Solomoni eos exhibuit, utriusque sexus discrimen in his ut indicaret postulans. tum ille iussis pueris facies suas abluere, naturam in utrisque suam deprehendit, cum mares quidem viriliter vultus suos fricarent, feminae vero molliter ac delicate. illa vero obstupescens inquit „maiora vidi quam auditu acceperim." simul ei largita centum viginti auri talenta, cum aromatibus gemmis et opobalsami radice, unde Palaestina deinceps hoc germen, Iosepho teste, habuit, ad suos est reversa. talentum vero libras 125

B ρκ' καὶ ε', ὡς ἐντεῦθεν λαβεῖν αὐτὸν ἐξ ἐκείνης χρυσίου ρ̄ ρ̄ ρ'.

Οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἕως ηὐσέβει, πάντας τοὺς ἀπ' Εὐφράτου μέχρι Νείλου δασμοφοροῦντας εἶχεν. ἔκτοτε δὲ τοῖς δυσμενέσιν εὐεπεχείρητος γέγονε. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ὁ Σολομὼν ἐθαυμάζετο, τὰς παροιμίας γράφων καὶ τὸν ναὸν ἀνιστῶν, ὥς φησιν ὁ μέγας Κύριλλος, ἡνίκα καὶ Ὅμηρος τὰς τῶν Τρώων ἐτραγῴδει συμφοράς, μετὰ ρξ ἔτη τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ὕστερον δὲ ἀσεβείᾳ περιέπεσε. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐξ ὧν ἡ θεία γραφὴ διεξεισὶ περὶ αὐτοῦ λέγουσα „καὶ
C ἐξέκλιναν αἱ ἀλλότριαι τὴν καρδίαν Σολομῶντος ὀπίσω θεῶν ἑτέρων." οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ προφήτης Ἀχίας ἔφη πρὸς τὸν ἐκείνου δοῦλον Ἱεροβοάμ, μανθάνομεν ὅτι τοῖς εἰδώλοις λελάτρευκεν ὁ Σολομών. ἔφη δὲ οὕτως „τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ ῥήσσω τὴν βασιλείαν ἐκ χειρὸς Σολομῶντος, καὶ δώσω σοι τὰ δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα δώσω αὐτῷ διὰ Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ
V. 143 τὴν πόλιν μου, ἀφ' ὧν ἐγκατέλιπέ με καὶ ἐδούλευσε τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδωνίων, καὶ τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ
D τῷ Μελχὼ προσοχθίσματι υἱῶν Ἀμμών." καὶ Ἀστάρτην μὲν αὐτὸν εἶναι τὸν Ἑωσφόρον μυθολογοῦσι, τὴν καὶ Ἀφρο-

continet. de quo colligi potest eum a regina centenarios auri nostros centum accepisse.

Neque vero tantum Solomo praestabat his rebus, verumetiam quamdiu religiosus in deum erat, omnes ab Euphrate ad Nilum usque nationes tributarias habebat. sed ab eo tempore suis inimicis male vivendo talem se praebuit ut eis resistere non posset. nimirum ab initio admirationi mortalibus erat, cum Proverbia litteris mandabat et exstruebat fanum, sicut eximius ille Cyrillus ait, eodem scilicet tempore quo Homerus Troianorum calamitates suis exponebat tragice versibus, annis ab urbe Troiana capta 160. verum deinceps ita se gessit ut in summam impietatem prolaberetur. licet id colligas ex huiusmodi verbis, quae sacris in litteris exstant „deflexa mens Solomonis est per exteras uxores ad alienos deos." quinetiam illustrius intelligi potest ex Achiae vatis ad famulum Solomonis Ieroboamum oratione Solomonem deastris religioso cultu honorem exhibuisse. sunt enim haec ipsius verba „significat haec tibi dominus. ego Solomoni regnum de manu extorquebo, et tibi decem scipiones dabo. unum illi scipionem relinquam propter Davidem famulum meum et propter Hierosolymam urbem meam, quandoquidem ille relicto me Astarten Sidoniorum piaculum et Chamosum Moabitarum deastrum et Melchomum Ammonitarum offendiculum coluit." Astarten sunt qui

δίτην. βδέλυγμα καὶ προσόχθισμα τὰ εἴδωλα καλεῖ ἡ γραφή. καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Σολομῶντα οὕτω φαίνεται λέγων ὁ θεός „ἀνθ' ὧν ἐγένετο ταῦτα μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολήν μου καὶ τὰ προστάγματά μου, ἃ ἐνετειλάμην σοι, διαρρήσσων διαρρήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω ταύτην τῷ δούλῳ σου." ἐπειδὴ γάρ, φησί, τὴν πρέπουσαν ἐμοὶ τῷ κτίστῃ τιμὴν καὶ δόξαν τῇ δούλῃ κτίσει ἀπένειμας, δώσω κἀγὼ τὴν δόξαν σου τῷ δούλῳ σου. ὅθεν καὶ ἐπαρθεὶς ὁ Ἱεροβοὰμ ἤρξατο ἀπὸ Σολομῶντος τὸν λαὸν P. 185
ἀφιστᾶν. τοῦτο μαθὼν ὁ Σολομὼν ἐζήτει τὸν Ἱεροβοὰμ συλλαβεῖν· ἐφ' ᾧ καὶ φεύγει πρὸς Αἴγυπτον, τὴν τελευτὴν Σολομῶντος καρτερῶν. καὶ κατὰ μὲν τὴν θείαν γραφὴν ἐβασίλευσε Σολομὼν ἔτη μ', κατὰ δὲ τὸν Ἰώσηπον ἔτη ὀγδοήκοντα. ἐτελεύτησε δέ, ὡς ἐκεῖνος ἔφησεν, ἐτῶν ἐνενήκοντα καὶ τεσσάρων.

Πλὴν ἡ γραφὴ καὶ τάδε περὶ αὐτοῦ διέξεισι. καὶ ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἦν φιλογύναιος, καὶ ἔλαβε γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλάς, καὶ τὴν θυγατέρα Φαραώ, Μωαβίτιδας, Ἀμμα- B
νίτιδας, Σύρας καὶ Ἰδουμαίας, Χετταίας καὶ Ἀμορραίας· καὶ ἦσαν αὐτῷ γυναῖκες ἄρχουσαι ψ' καὶ παλλακαὶ τ'. τότε ᾠκοδόμησεν ὑψηλὰ τοῖς εἰδώλοις πασῶν τῶν γυναικῶν αὐτοῦ. ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὸν παραβάτην Ἰουλιανὸν ὁρμηθῆναι

Luciferum esse tradunt, eandem scilicet deam cum Venere. piaculum et offendiculum appellant litterae sacrae deastros ac simulacra. quinetiam deus ipse Solomonem verbis hisce compellat (3 Reg. 11 11) „quoniam tu commisisti ut praecepto meo non obtemperares et mandata mea tibi praescripta non servares, eripiam ego tibi de manu tua regnum tuum, idque servo tuo dabo." nimirum hoc dicere vult: quia debitum mihi creatori honorem gloriamque creaturae servae detulisti, ego quoque gloriam maiestatemque tuam ad servum tuum transferam. quibus sane verbis elatus Ieroboamus populum a Solomone coepit abducere; quo ille cognito, quo pacto Ieroboamum comprehenderet, cogitabat. verum is fuga in Aegyptum evasit, ibique Solomonis exitum exspectavit; qui de sacrarum quidem litterarum auctoritate regnavit annos 40, sed iuxta Iosephum 80. idem tradit Solomonem mortuum esse cum natus esset annos 94.

Narrant etiam litterae sacrae Solomonem mulierum amori fuisse deditum et uxores exteras complures duxisse, nimirum filiam Pharaonis, Moabitides aliquot et Ammanitides et Syras et Idumaeas et Chettaeas et Amorraeas, ita ut principes uxores 700, concubinas 300 habuerit. ex eo tempore sublimibus in locis delubra simulacrorum cunctis uxoribus suis exstruxit. unde sumpsit occasionem desertor ille fi-

καὶ εἰπεῖν ὅτι τὸν Σολομῶντα σοφὸν μὴ λέγετε, καθάπερ ὁ μέγας διέξεισι Κύριλλος· εἰ δὲ πεπιστεύκατε εἶναι σοφόν, μήτοι παρὰ γυναικὸς ἐξηπατῆσθαι νομίζετε, κρίσει δὲ οἰκείᾳ καὶ παρὰ τοῦ φανέντος αὐτῷ θεοῦ πειθόμενον λελατρευκέναι τοῖς ἄλλοις θεοῖς. πρὸς οὖν ταῦτα ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ ἀνταποκρινόμενος καὶ τάδε προστίθησιν „ἀπὸ μὲν ὧν ἔγραφε, C σοφὸς ἂν λέγοιτο παρ' ἡμῶν δὴ καὶ νοοῖτο κατὰ ἀλήθειαν ὁ Σολομών· ὅτι δὲ πεπλημμέληκεν ὁμολογουμένως τοῖς ψευδωνύμοις λατρεύσας θεοῖς, ἀρνήσαιτ' ἂν οὐδείς. ὅθεν οὔτε προφήταις ἁγίοις οὔτε μὴν ἀποστόλοις ποιοῦμεν αὐτὸν ἐναρίθμιον, εἴγε καὶ μᾶλλον κατὰ μὲν τὴν νεότητα τὰ πρὸς δόξαν θεοῦ πληροῦν ἠπείγετο, κατὰ δὲ τὸν τοῦ γήρους καιρὸν πάγην αὐτῷ τὴν ἀπὸ γυναικὸς ὁ Σατανᾶς κατεσκεύασε." τούτοις μὲν οὖν καὶ Ἰώσηπος συμφωνεῖ διεξιὼν οὑτωσί „ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ Σολομὼν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ γήρους, ὁποῖος ἄρα καὶ ἐν τῇ νεότητι αὐτοῦ ἦν. προβαινούσης γὰρ τῆς ἥβης, καὶ τοῦ λογισμοῦ διὰ τὸν χρόνον ἀσθενοῦντος ἀντέχειν πρὸς D τὴν μνήμην τῶν θείων ἐντολῶν, τοῦ ἰδίου τε θεοῦ κατωλιγώρησε καὶ εἰς γυναῖκας ἀλλοφύλους ἐξώκειλε, τοῖς θεοῖς αὐτῶν πρότερον καταθύσας. καὶ πρὸ τούτων δὲ εἰς τὴν φυλακὴν τῶν νομίμων ἐξήμαρτεν, ὅτε τὰ τῶν χαλκῶν βοῶν ὁμοιώματα κατεσκεύασεν καὶ τῶν λεόντων τῶν περὶ τὸν θρό-

dei Iulianus, ut diceret Christianos Solomonem minime debere sapientem appellare. nam hoc eius verbum Cyrillus memoriae prodidit. quodsi omnino, inquit, sapientem fuisse persuasi estis, nolite putare deceptum a muliere fuisse, sed potius existimate certo iudicio et auctoritate illius dei fretum, qui ei semet videndum obtulerat, diis peregrinis serviisse. quibus verbis Cyrillus respondens, huiusmodi quaedam subiicit: „nos Solomonem propter ea quae scripsit, et dicere sapientem et reipsa statuere possumus. eundem colendis deastris haud dubie deliquisse, nemo certe negarit. qua de causa nec inter sacros eum vates nec inter apostolos numeramus. vel potius ita statuimus, in iuventute studiosissimum fuisse ut quae ad dei gloriam pertinerent efficeret, in senecta vero Satanam ei per mulieres insidias struxisse." quibus sane postremis Cyrilli verbis etiam hoc Iosephi testimonium consentit. nequaquam, ait, talis in senecta Solomo fuit, qualem in iuventute se gesserat. nam aetate iam provectiore, cum eius ratio paulatim debilitaretur in retinenda divinorum mandatorum memoria, deum suum non magnifecit, et exteras ad mulieres non solum deflexit, verumetiam diis earum sacra fecit. quinetiam antea deliquit in legis edicta, cum aheneorum boum simulacra leonumque circa solium suum fingeret, quantumvis ei bis deus in somno apparuisset. quam ob causam deus Aderem Idumaeum adversus eum concitavit. Solomonis autem solium

νὸν τὸν ἴδιον, καὶ ταῦτα δὶς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καθ' ὕπνους φανέντος. ὅθεν καὶ "Αδερ τὸν Ἰδουμαῖον ἐγείρει κατ' αὐτοῦ ὁ θεός." ὁ μέντοι θρόνος τοῦ Σολομῶντος ἐλεφάντινος ἦν, ἀναβαθμίδας ἔχων ἕξ. καὶ ἐν μιᾷ ἑκάστῃ αὐτῶν λέοντες εἱστήκεισαν ἑκατέρωθεν, πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὁμοίωμα μόσχου ἦν παρ' αὐτῷ. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται, προσέχειν ἄξιον, ἀγαπητέ, καὶ μὴ συναρπάζεσθαι P. 186 τοῖς λέγουσιν ὅτι μετανοίᾳ περὶ τὸ γῆρας ὁ Σολομὼν ἐχρή- V. 144 σατο. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, προφήταις ἂν ἁγίοις ἐναρίθμιος ἦν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν ὁ θειότατος Κύριλλος τῆς τῶν προφητῶν ἐποίει μερίδος ἀλλότριον.

Μετὰ δὲ ταῦτα κρατεῖ ὁ τοῦ Σολομῶντος υἱὸς Ῥοβοάμ, ἐφ' οὗ καὶ διασχίζεται ὁ λαὸς ἅτε μὴ θελήσαντος ἀναπαῦσαι αὐτοὺς βεβαρημένους ἤδη ὄντας τῷ τοῦ Σολομῶντος ζυγῷ. καὶ δύο μὲν φυλαί, ἥ τε τοῦ Ἰούδα καὶ ἡ τοῦ Βενιαμίν, αὐτῷ ἐναπέμειναν, αἱ δὲ λοιπαὶ δέκα ὑπετάγησαν τῷ Ἱερο- B βοὰμ ἐν Σαμαρείᾳ διάγοντι. διὰ γὰρ τὸν φόβον τοῦ Σολομῶντος ἐν Αἰγύπτῳ διέτριβεν, ἐκείνου δὲ παρελθόντος εἰς Σαμάρειαν ἔρχεται. καὶ ὁ μὲν ὑπ' αὐτὸν λαὸς καὶ Ἰσραὴλ ἐλέγετο· ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἐφραῒμ υἱοῦ Ἰωσὴφ ὁ Ἱεροβοὰμ κατήγετο. τοῦτον δὲ τὸν λαὸν ᾐχμαλώτευσεν ὁ πρὸ τοῦ Σενναχηρεὶμ κρατῶν τῶν Ἀσσυρίων Σαλμανασάρ, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ δίκαιος Τωβήτ. ἀφ' ὧν πολλοὺς ἔργον φόνου πεποίηκεν ὁ

istud eboreum erat, et gradus sex habebat, in quorum graduum quolibet utrinque leones stabant, et praeter hos vituli quoque simulacrum habebat. quae hactenus indicata si vera sunt, caveto, dilecte fili, ne cui fidem habeas qui Solomonem in senectute poenitentia ductum fuisse dixerit. nam si hoc accidisset, omnino inter sacros vates referretur, nec vir ille divinus Cyrillus eum de vatum numero excluderet.

Post Solomonem Roboamus eius filius imperio potitus est, quo regnante populus duas in partes se disiunxit, quod Roboamus eos nimium a Solomone gravatos servitutis iugo tractare mitius nollet. tum duae tantum tribus, nimirum Iudaica et Beniaminea, reliquae ipsi manserunt, caeteris decem tribubus Hieroboami Samariae degentis imperio se subiicientibus. is metu Solomonis in Aegypto prius vixerat, verum eo rebus humanis exempto se Samariam contulerat. subiectus illius regno populus Israelici et Ephraemi appellationem habebat propterea quod ab Ephraemo Iosephi F. generis originem Ieroboamus traheret. eum populum Salamanassar rex Assyriorum, qui proxime Senacheribum antecessit, in captivitatem abduxit; quorum in numero fuit iustus ille Tobaeus. magna vero pars illorum a Senacheribo est

Σενναχηρείμ, ὅτε μετ' αἰσχύνης ἐξ Ἱερουσαλὴμ ὑποστρέφει, εἰ καὶ τὸ τέλος οὐκ εἰς καλὸν ἀπέβη αὐτῷ· εἰς γὰρ τὸν θεὸν βλασφημήσας ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων ἀνῄρητο τὴν ζωήν.

C Ὁ Ἱεροβοάμ, ἵνα μὴ ἀποσχίζηται ὁ λαὸς θέλων εἰς Ἱεροσόλυμα ἔρχεσθαι διὰ τὸν ναόν, τῆς ἀσεβείας κατάρχεται πρῶτος καὶ τὰς χρυσᾶς δαμάλεις ἵστησι. τηνικαῦτα καὶ ὁ προφήτης Ἰωήλ, ὁ καὶ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, ἐξ Ἰούδα παρεγένετο εἰς Βαιθὴλ ἐν λόγῳ κυρίου, καὶ εἶπε „θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, ἰδοὺ τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβίδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων ἐπὶ σὲ κατακαύσει." τότε δὴ τότε καὶ τὴν χεῖρα τοῦ Ἱεροβοὰμ ξηρανθεῖσαν διὰ τὸ κινηθῆναι κατὰ τοῦ προφήτου αὐτὸς ὁ προφήτης ἰάσατο. προφήτης δέ τις ὢν ἐκεῖσε ἐβιάσατο τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ φαγεῖν ἄρτον μετ' αὐτοῦ, καὶ
D ταῦτα τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος ἀπελθεῖν μὲν εἰς Βαιθήλ, καὶ μήτε ἄρτον φαγόντα μήτε ὕδωρ πιόντα ὑποστρέψαι. ἐφ' ᾧ καὶ καθημένων ἐπὶ τραπέζης λόγος κυρίου ἐγένετο πρὸς τὸν προφήτην ἐκεῖνον, ἵνα εἴπῃ πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ „ἀνθ' ὧν ἐπέστρεψας καὶ ἔφαγες ἄρτον καὶ ἔπιες ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, οὐ μὴ εἰσέλθῃ τὸ σῶμά σου εἰς τὸν τάφον τῶν πατέρων σου." ἐφ' ᾧ καὶ ὑποστρέφων ὑπὸ λέοντος κατὰ τὴν ὁδὸν θανατοῦται. καὶ ὁ μὲν θὴρ

interfecta, cum ille singulari cum ignominia Hierosolymis reverteretur, tandem et ipse tristi fine vitam claudens. quia enim contumeliosis in deum verbis usus fuerat, a propriis filiis vita spoliatus est.

Ieroboamus autem, ne regnum amitteret populo Hierosolymam proficiscente fani gratia, primus impietatis cuiusdam auctor exstitit, iuvencasque aureas duobus in locis constituit. quo facto Ioelus vates et homo divinus e Iudaea Bethelem se confert, deque mandato dei verbis huiusmodi utitur (3 Reg. 13 2) „o ara, ara. en Davidis e familia quidam nascetur, cui nomen erit Iosias. is super te sacerdotes excelsorum mactabit et ossa humana in te comburet." quae verba cum pronuntiasset, etiam manum Ieroboami, quae propterea prorsus emarcuerat, quia sustulisset illam adversus vatem, vates ipse sanavit. tum vates quidam alius, qui iis in locis degeret, hominem illum divinum urget ut secum vesceretur, quanquam Ioelo mandasset deus ut Bethelem proficisceretur, non tamen ibi vel cibo vel potu sumpto reverteretur. itaque cum mensae adsiderent, deus alteri vati praecepit ut divinum hominem Ioelum verbis huiusmodi compellaret „quandoquidem in oppidum te contulisti, et cibo potuque te recreasti hoc in loco, corpus tuum sepulcro maiorum tuorum non inferetur." itaque deinceps factum est ut ad suos revertens in itinere a leone perime-

ἀπέπνιξε μόνον αὐτόν, ἐπὶ πλέον δὲ χωρῆσαι οὐκ ἐτόλμησε· τὸ γὰρ σῶμα τοῦ προφήτου δίκας εἰσπραχθὲν διὰ τὴν παρακοήν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν πνιγμονήν, ἐδικαιώθη ἔκτοτε, καὶ P. 187 οὐκέτι βορὰ τῷ λέοντι προὔκειτο. καὶ τὸν μὲν προφήτην ἐκεῖνον ψευδοπροφήτην εἶναι λέγει καὶ πονηρὸν καὶ ἀπατεῶνα τοῦ Ἱεροβοὰμ ὁ Ἰώσηπος. ὁ δὲ Θεοδώρητος ἀληθῆ προφήτην τὸν τοιοῦτον εἶναι λέγει, παράγων καὶ τὴν γραφὴν οὕτω λέγουσαν „διεσώθη τὰ ὀστᾶ τοῦ προφήτου τοῦ πρεσβύτου τοῦ κατοικοῦντος ἐν Βαιθήλ, μετὰ τῶν ὀστῶν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ τοῦ ἥκοντος ἐξ Ἰούδα καὶ λελαληκότος πάντα τὰ ἔργα ἃ ἐποίησεν Ἰωσίας." ὡσαύτως καὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ θεοῦ ὁ μὲν Ἰώσηπος Ἰαδὼν αὐτὸν ὀνομάζει, ἡ δὲ βίβλος τῶν Παραλειπομένων Ἰωὴλ αὐτὸν ἡμᾶς καλεῖσθαι B ἐδίδαξεν.

Ἐπαινεῖ ἡ γραφὴ καὶ τοῦ Ἀσᾶ τὴν προτέραν εὐσέβειαν· „ἐποίησε" γάρ φησιν „Ἀσᾶ τὸ εὐθὺ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θε- V. 145 οῦ αὐτοῦ." ὅθεν καὶ τοὺς ὁμόρους πάντας ὑπέταξεν. ἀλλὰ καὶ ἑορτὴν ἐπινίκιον ἐκτελέσας ὀμόσαι παρεσκεύασεν ἅπαντας ὡς τῆς ἐννόμου πολιτείας οὐκ ἀποστήσονται. ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῇ Ἀστάρτῃ λατρεῦσαι προελομένην τῆς βασιλείας ἐγύμνωσεν. οὐκ ἐν πᾶσι δὲ τέλειος ἦν· οὐδὲ γὰρ ἐξῆρε τὰ ὑψηλά. καὶ τοῦ Βασᾶ δὲ στρατεύσαντος κατ' αὐ- C

12. γαδὼν F. 16. ἀσσᾶ F. 22. βασσᾶ F.

retur. ac interfecit ille quidem vatem, sed ulterius progredi non est ausus. quippe corpus vatis supplicio propter inobedientiam adfectum, quod supplicium erat ipsa necatio, deinceps immune factum, a leone devorari non poterat. caeterum vatem hunc alterum Iosephus tradit fuisse talem, qui falso nomen hoc mentiretur et improbus esset ac Ieroboami regis impostor. verum Theodoritus eum in verorum vatum numerum refert, atque id ut probet, litterarum sacrarum auctoritatem allegat, in quibus memoriae proditum sit vatis illius senis, qui habitaverit Bethele, ossa cum ossibus divini hominis, e Iudaea profecti, et omnia prolocuti quae Iosias deinceps exsecutus est, sepulta fuisse. itidem divinum hunc hominem Iosephus quidem Iadonem appellat, Omissorum vero liber docet ei nomen Ioeli fuisse.

Secundum haec praedicant litterae sacrae regis Asae pietatem, quam ab initio declaraverit. recte, inquiunt (3 Reg. 15 11), se gessit Asa erga dominum deum suum. quo factum ut finitimos omnes imperio suo subiiceret. quinetiam triumphali festo instituto cunctos sacramento devinxit se a praescripta in lege disciplina vivendique ratione non discessuros. praeterea matrem suam quae Astartae cultum probaret, regno abdicavit. non tamen in omnibus perfectum sese gessit. nec enim sacella editorum sustulit, ac deinceps Basa Israeli-

τοῦ, οὐ τὸν θεὸν εἰς συμμαχίαν ἐκάλεσεν ἀλλὰ τὸν βασιλέα Συρίας. ἐφ' ᾧ καὶ δι' Ἀνανῆ τοῦ προφήτου τὴν ἀπιστίαν διήλεγξεν ὁ θεὸς εἰπὼν „ἐν τῷ πεποιθέναι σε βασιλεῖ Συρίας, καὶ μὴ ἐπὶ κύριον τὸν θεόν σου, ἤτοι ὁ Βασᾶν κατὰ σοῦ, διὰ τοῦτο ἐσώθη ἡ δύναμις βασιλείας Ἰσραήλ." ὁ δὲ Ἀσᾶ μὴ θρηνήσας ἐπὶ τούτοις, ὡς δέον ἦν, τὸν προφήτην ἐφυλάκισε, καὶ νοσήσας ὕστερον οὐ τὸν κύριον ἐζήτησεν ἀλλὰ τοὺς ἰατρούς, ἴσως δὲ τοὺς φαρμακούς.

D Ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸν Ἰωσαφὰτ ὡς τὴν ἀρετὴν ἐζηλωκότα κατ' ἀρχὰς τοῦ Δαβίδ. τὸ γὰρ „ὑψώθη αὐτοῦ ἡ καρδία" οὐ κατηγορία ἀλλ' ἔπαινος· ἐπήγαγε γὰρ „ἐν ὁδοῖς κυρίου." ἐπιμέμφεται δὲ αὐτῷ τὴν γαμικὴν ἐπιμιξίαν ἣν πρὸς τὸν Ἀχαὰβ ἐποιήσατο· Γοθολίαν γὰρ τοῦ Ἀχαὰβ τὴν θυγατέρα κατεγγύησε τῷ παιδὶ αὐτοῦ. ὅπερ δὲ ἀφῆκεν ἡ τῶν βασιλειῶν ἱστορία, ἐνταῦθα ῥηθήσεται. ἐπανιόντι γὰρ αὐτῷ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀχαὰβ παρατάξεως τῷ Ἰωσαφὰτ ἀπήντησεν Ἰηοῦ προφήτης ὁ τοῦ Ἀνανῆ, καὶ εἶπεν αὐτῷ „βασιλεῦ Ἰωσαφάτ, εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ βοηθεῖς; εἰ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου P. 188 σὺ φιλιάζῃ; διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐπὶ σὲ ὀργὴ παρὰ κυρίου. ἀλλ' οἱ ὀλίγοι ἀγαθοὶ εὑρέθησαν ἐν σοί, ὅτι ἐξῆρας τὰ ἄλση ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα." ἐντεῦθεν οὖν μανθάνομεν ὡς ἐλαττοῖ τὰς

corum rege cum exercitu adversus ipsum profecto auxilium opemque dei non imploravit, sed Syriae regem arcessiit. iccirco per Ananem vatem deus ipsius diffidentiam huiusmodi verbis obiurgavit (2 Paral. 16 7): „quoniam Syriae regi, non domino deo tuo innixus es, propterea manus tuas Israelici regis exercitus evasit." tum Asa nequaquam deplorato delicto suo, quemadmodum facere debuerat, etiam fatidicum in carcerem coniecit. deinde morbo correptus non ad opem domini confugit sed ad medicos; quorum appellatione fortassis venefici et excantores veniunt.

Laudant et litterae sacrae Iosaphatum, ut qui virtutem exemplo Davidis, unius ex maioribus suis, unice dilexerit. nam quod in eis perscriptum legimus (2 Paral. 17 6) „elatum est cor eius," id vero non ad vituperationem spectat sed ad laudem atque commendationem: subiiciuntur enim huiusmodi quaedam verba, „in praescriptis et institutis a domino." unum in eo reprehenditur, coniugalis videlicet vinculi et affinitatis coniunctio cum Achaabo instituta. quippe Gotholiam Achaabi filiam suo filio coniugem dedit. atque hoc loco recitandum est, quod scripta de regibus historia memoriae non prodidit. cum ex acie Iosaphatus reverteretur, qua suppetias Achaabo tulerat, Hieus vates Ananis F. occurrit, ac regem in hunc modum compellavit „tene, Iosaphate rex, homini scelerato ferre auxilium? tene cum exosis domino amicitiam colere? ergo istius rei domino

ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίας τὰ πρῶτα κατορθώματα. ὁ
τοίνυν Ἰωσαφὰτ δεξάμενος τὸν ἔλεγχον διωρθώσατο ἐπὶ πᾶ-
σι, καὶ κριτὰς τῇ πόλει ἐπέστησεν, ἵνα δικαίως πάντα πράτ-
τοιντο. ἀλλὰ καὶ πολεμίων ἐπιστάντων πρὸς θεὸν κατέφυγεν,
ὃς καὶ παρεθάρρυνεν αὐτὸν διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ λέγων „μὴ φο-
βηθῆτε τὸ πολὺ πλῆθος, ἀλλ' αὔριον ἐξέλθετε." πρώτους
δὲ τοὺς Λευίτας ὁ βασιλεὺς ἐξήγαγεν· ὅθεν καὶ οἱ πολέ- B
μιοι ἀλλήλους κατέκοψαν. ὅρα δὲ καὶ ἑτέραν βίβλον προφη-
τικήν· λέγει γὰρ ἡ ἱστορία „καὶ οἱ πολλοὶ λόγοι Ἰωσαφὰτ
οἱ πρῶτοι καὶ οἱ ἔσχατοι οὐκ ἰδοὺ γεγραμμένοι εἰσὶν ἐν λόγοις
Ἰηοῦ υἱοῦ Ἀνανῆ."

Καλῶς δὲ ὁ θεῖος ψάλλει Δαβὶδ „λύτρωσαί με ἀπὸ συ-
κοφαντίας ἀνθρώπων." „ηὐλόγησε" γάρ φησιν „Ναβουθαὶ
θεὸν καὶ βασιλέα, τουτέστιν ἐβλασφήμησε, κατὰ τὸ ἐν Ἰὼβ
γεγραμμένον „ἦ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει," ἐφ' ᾧ καὶ C
τὸν βίον ἐξέλιπεν, τῆς Ἰεζάβελ τοῦτο οἰκονομησάσης. ἐφ' ᾧ V. 146
καὶ παρρησιάζεται ὁ μέγας Ἠλίας πρὸς Ἀχαὰβ λέγων „τάδε
λέγει κύριος· ὡς σὺ ἐφόνευσας καὶ ἐκληρονόμησας, διὰ τοῦ-
το τάδε λέγει κύριος. ἐν παντὶ τόπῳ ᾧ ἔλειξαν αἱ ὕες καὶ

irato poenas dares: sed exstiterunt in te laudabilia quaedam, quod lucos scilicet e solo ditioneque Iudaica exterminaveris." quibus ex verbis discere licet praeclara hominum facta, quae prius sint praestita, delictorum sequentium poenas imminuere. Iosaphatus quidem certe cum hanc reprehensionem benigne tulisset, cunctis in actionibus se deinceps egregie gessit, ac iudices reipublicae praefecit. eisdem imperans ut omnia de iuris et aequi praescripto facerent cumque hostes ipsum invasissent, ad deum confugit. is hominis animo robur addidit, huiusmodi verbis per Iezecielum vatem editis (2 Reg. 20 15) „nolite tantam istam multitudinem metuere, sed cras ad illam egredimini." quo facto rex primos omnium Levitas eduxit, nec multo post ipsimet hostes se mutuis vulneribus conciderunt. licet autem ex indiciis quibusdam colligere, quendam alium quoque librum de Iosaphato scriptum fuisse: nam huiusmodi verba exstant in historiae monumentis (2 Paral. 20 34) „an non multae Iosaphati orationes et facta tum ineuntis aetatis tum defectae in libris Hiei vatis, Ananis F. perscripta sunt?"

Caeterum praeclare divinus ille Davides canit (Psalm. 118 134) „libera me ab hominum calumnia." nam de Nabuthaeo perscriptum legimus, fuisse qui verbis huiusmodi hominem deferrent (3 Reg. 21 13) „Nabuthaeus deo et regi bene precatus est," hoc est maledixit. sic enim verbum istud hoc loco debet accipi, quemadmodum et in Iobo legimus (Iob. 1 11) „in os profecto bene tibi precabitur." hoc pacto delatus vitam amisit, Iezabele rem consilio et astu suo procurante.

οἱ κύνες τὸ αἷμα Ναβουθαί, ἐκεῖ λείξουσιν οἱ κύνες τὸ αἷμά σου, καὶ αἱ πόρναι λούσονται ἐν τῷ αἵματί σου." σφόδρα δὲ κατανυγεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀχαὰβ οὐκ εὐθὺς ἐτιμωρήθη D διὰ τὴν κατάνυξιν. ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν Ἀδὲρ τὴν Σαμάρειαν παρακαθίσαντα μετὰ τριάκοντα καὶ δύο βασιλέων εἰς χεῖρας αὐτοῦ τοῦ Ἀχαὰβ ἔδωκεν ὁ θεός. διότι δὲ ζωογονήσας αὐτὸν παρὰ τὴν κέλευσιν ἀπέστειλε μετὰ δορυφορίας, ὠργίσθη ὁ θεός, καὶ διὰ τοῦ προφήτου (Μιχαίας δὲ οὗτος, ὥς φησιν Ἰώσηπος) τοῦ παταχθέντος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὑπό τινος ὁδίτου εἶπε πρὸς αὐτὸν „διότι ἐξήνεγκας σὺ ἄνδρα ὀλέθριον ἐκ τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἡ ψυχή σου ἀντὶ τῆς P. 189 ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ λαός σου ἀντὶ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ." καὶ μετὰ τρία ἔτη λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Ἰωσαφὰτ βασιλέα Ἰούδα, ἠρώτησε τετρακοσίους προφήτας αὐτοῦ λέγων „εἰ πορευθῶ εἰς Ῥεμὰ Γαλαὰθ εἰς πόλεμον ἢ ἐπίσχω." καὶ εἶπον „ἀνάβαινε" οἱ ψευδοπροφῆται τοῦ Βάαλ. ἐπὶ τούτοις τοῦ Ἰωσαφὰτ εἰπόντος, εἰ ἔστιν ἐνταῦθα προφήτης κυρίου, ἐρωτήσωμεν τὸν κύριον δι' αὐτοῦ, „ἔστι μὲν" ἔφη ὁ Ἀχαάβ, „καὶ Μιχαίας καλεῖται, οὔ ποτε δὲ προφητεύει τὰ θυμήρη." καλεῖται λοιπόν, καὶ πρῶτα μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτὸν „ἀνάβαινε, καὶ

5. περικαθίσαντα? 9. ὑπὸ] ἀπὸ P.

hinc factum ut magnus ille vates Elias verbis talibus Achaabum compellare non dubitaret (3 Reg. 21 19) „haec tibi dominus denuntiat. tune hominem occideris et eius bona possideas? atenim a domino sic habeto. quo in loco linxere porci et canes Nabuthaei sanguinem, ibidem canes tuum quoque cruorem lingent, seque scorta tuo sanguine abluent." quibus verbis Achaabus admodum contristatus non mox poenus luit propterea quod moerore adfectus fuisset. quinetiam deus Aderis filium, qui Samariam obsidebat, cum duobus et triginta regibus in potestatem ei dedit; quem ubi vita donatum praeter edictum divinum, satellitibus etiam adiunctis, dimisisset, iram dei adversus se concitavit. nam is continuo per vatem Michaeam (hoc enim ipsius nomen Iosephus memoriae prodidit) quodam a viatore laesum ac vulneratum in capite, verbis huiusmodi allocutus est (3 Reg. 20 42): „quoniam tu exitialem virum de manu emisisti, tam vita illius tua vita quam populus populo rependetur." post haec tribus elapsis annis, sumpto secum Iosaphato Iudaeae rege, vates suos quadringentos consulit, censerentne sibi cum exercitu pergendum adversus Rema Galaaditidis oppidum, an expeditionem potius omittendam. respondent Baalis vates omnino pergendum. at cum Iosaphatus quaereret ecquis praeterea domini vates adesset (eius enim opera dominum esse consulendum), „est" inquit Achaabus (3 Reg. 22 8) „adhuc quidam vates, cui Michaeae nomen. sed nunquam ille animo meo grata vaticinatur."

ος εὐοδώσει ἐν χειρὶ βασιλέως," εἶτα ὁρκωθεὶς τὰ θεῖα προεμήνυε. τοῦ γοῦν Ἀχαὰβ πρὸς τὸν Ἰωσαφὰτ εἰπόντος „οὐκ B εἰπόν σοι ὅτι οὐ προλέγει μοι καλὰ ἀλλ' ἢ κακά;" ὁ προφήτης ἔφη „οὐκ ἐγώ. ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου. εἶδον κύριον τὸν θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ καθήμενον ἐπὶ θρόνου αὐτοῦ, καὶ πᾶσα ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ παρειστήκει αὐτῷ, καὶ εἶπε 'τίς ἀπατήσει τὸν Ἀχαὰβ βασιλέα τοῦ Ἰσραήλ, καὶ ἀναβήσεται εἰς Ῥεμὰ Γαλαάδ, καὶ πεσεῖται ἐκεῖ;' καὶ ἐξῆλθε πνεῦμα, καὶ ἔστη ἐνώπιον κυρίου, καὶ εἶπεν 'ἐγὼ ἀπατήσω αὐτόν.' καὶ εἶπε κύριος πρὸς αὐτό 'ἐν τίνι;' καὶ εἶπεν 'ἐξελεύσομαι, καὶ ἔσομαι πνεῦμα ψευδὲς ἐν τῷ στόματι πάντων τῶν προφητῶν C αὐτοῦ, καὶ ἀπατήσω αὐτόν.' καὶ εἶπε; 'δυνήσῃ ἐξελθεῖν, καὶ ποίησον.'" ταῦτα δὲ πάντα, καθά φησι Θεοδώρητος, προσωποποιΐα ἐστὶ διδάσκουσα ἡμᾶς τὴν θείαν συγχώρησιν. οὕτω μὲν οὖν καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰώβ, ἐν οἷς ἡ γραφή φησι τοὺς ἀγγέλους ἐνώπιον παραστῆναι τοῦ θεοῦ καὶ τὸν διάβολον ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ οὕτω διαλεχθῆναι πρὸς τὸν κύριον, προσωποποιΐαν εἶναί φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος. τὸν μέντοι Βάαλ θεὸν εἶναι λέγει Τυρίων ὁ Ἰώσηπος, τὴν δὲ Ἀστάρτην Σιδωνίων, Βααλὴμ δὲ τὸν τοῦ Βάαλ σηκόν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως, ὁ δὲ Ἰωσαφὰτ καὶ προφήτην ζητήσας καὶ D

hilominus arcessitur; et primo quidem respondet eundum esse, quod domino favente regi feliciter res omnes sint successurae. verum deinceps eum obtestante per sacramentum rege, divinam mentem aperit. tum Achaabo ad Iosaphatum dicente: „nonne praedixi vatem hunc mihi nihil boni denuntiare, sed tantum infausta?" subiecit Michaeas „videbam dominum, deum Israelitarum, in solio suo considentem, cumque universae copiae coelestes ipsi adstarent, haec fatus est: quis Achaabum regem Israelicum decipiet, ut cum exercitu Rema Galaaditidis oppidum proficiscatur atque ibi pereat? tum se spiritus quidam proripuit, et coram domino se sistens in hunc modum locutus est: „ego vero hominem decipiam." cui dominus „et quo tandem pacto?" „abibo" inquit „et ero spiritus mendax in ore cunctorum vatum eius, eoque modo ipsum fallam." tum dominus „abi ergo" ait, „quodque dixisti, facito." sunt autem haec omnia, quemadmodum Theodoritus scripsit, merae personarum fictiones, quae nos de permissione divina erudiunt. eodem modo eum in narratione de Iobo litterae sacrae referunt angelos coram domino adstitisse, ac inter eos ipsum quoque diabolum, qui deum compellaverit, divinus ille Chrysostomus personarum fictionem agnoscit. caeterum Baal Iosepho deus est Assyriorum, Astarte vero Sidoniorum, Baalim denique sacellum Baal interpretatur. ac de his quidem haec indicata sunto. Iosaphatus autem requisito vate ac huiusmodi rebus ex eo cognitis nihilo-

τοιαῦτα μαθὼν ὅμως συναπῆρεν εἰς πόλεμον μετὰ τοῦ Ἀχαάβ· πλὴν διὰ τὴν ἄλλην αὐτοῦ ἀρετήν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, διεφυλάχθη. ὁ μέντοι Μιχαίας φυλακῇ ἐμβληθεὶς παρὰ τοῦ Ἀχαὰβ ἔλεγε μετὰ παρρησίας „ἐὰν ἐπιστρέφων ἐπιστρέψῃς
V. 147 ἐν εἰρήνῃ, οὐ λελάληκεν ἐν ἡμῖν ὁ κύριος." ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ διὰ τοῦ Ἠλίου θεία πρόρρησις πέρας ἔσχε. τρωθεὶς ἐπὶ πολὺ τῷ ἅρματι ἵστατο, ἵνα μὴ τροπὴν ἐργάσηται τῇ φυγῇ. τὸ δὲ αἷμα φερόμενον ἐνεπάγη τῷ ἅρματι. τοῦτο παρὰ κρήνῃ ὁ ἡνίοχος ἔπλυνεν, οἱ δὲ κύνες ἐξέλειχον.
P. 190 αἱ δὲ πόρναι περὶ τὴν ἕω κατὰ τὸ ἔθος ἐλούσαντο· πηγιμαῖον γὰρ ἦν τὸ ὕδωρ, κεχρωσμένον δὲ τῷ αἵματι.

Ἰωρὰμ δὲ τοῦ κηδεστοῦ Ἀχαὰβ ζηλώσας τὴν ἀσέβειαν ἀξίαν τὴν τιμωρίαν εὕρατο. ὁ γὰρ μέγας Ἠλίας διὰ γραμμάτων μεμήνυκε τὴν ἀπόφασιν „τάδε λέγει κύριος· ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπορεύθης ἐν ὁδῷ Ἰωσαφὰτ τοῦ πατρός σου, ἀπέκτεινας δὲ τοὺς ἀδελφούς σου, ἰδοὺ κύριος πατάσσει πληγὴν μεγάλην ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ σὺ ἔσῃ ἐν ἀρρωστίαις πονηραῖς, ἐν ἀρρωστίᾳ κοιλίας, ἕως ἂν ἐξέλθῃ τὰ ἔντερά σου." ἐπεστράφησαν τοίνυν ἀλλόφυλοι κατ' αὐτοῦ, καὶ πάντας ἐξην-
B δραπόδισαν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ πάντα κατέκτειναν ἄνευ τοῦ Ὀχοζίου. ἐπέσκηψε καὶ ἡ νόσος, καὶ οὐδὲ μετὰ θάνα-

minus cum Achaabo ad bellum profectus est. quia tamen alioqui vir magnae virtutis erat, ut supra quoque diximus, incolumis domum evasit. Michaeus in carcerem ab Achaabo coniectus magna cum oris libertate dixit „quodsi prospere domum reversus fueris, deum per me minime locutum esse fatebor." enimvero divinum illud oraculum de Achaabo, quod Elias edidit, eventus ipse comprobavit. nam cum vulnus accepisset, diu admodum in curru stetit, ne conspecta regis fuga milites hosti terga darent. ibi sanguis e vulnere profluens curru adhaesit; quem deinceps auriga ad fontem abluit et canes linxerunt. mane vero meretrices ad fontem Achaabi sanguine tinctum accedentes etiam in eo corpora sua pro more abluerunt.

Secundum haec rex Ioramus impietatem Achaabi soceri sui aemulatus meritas omnino poenas luit. nam magnus ille vates Elias huiusmodi verbis eum per litteras compellavit (2 Paral. 21 12): „haec tibi dominus significat. quoniam institutum paternae Iosaphati vitae non es sectatus, sed fratres tuos interfecisti, en magna calamitate dominus familiam tuam adficiet, ac tu gravibus admodum morbis laborabis, quos inter erunt viscerum tormina, tam diu durantia donec intestina egeras." non multo post exterae nationes in eum copias educunt, omnes e medio tollunt, liberos regios interficiunt, Ochosia solo excepto. simul et morbus hominem invadit, ac ne regiam quidem

τὸν βασιλικῆς ἠξιώθη ταφῆς. ἀληθῶς φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν
εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος.

Μετὰ τοῦτον Ὀχοζίας ζηλωτὴς καὶ αὐτὸς τῆς πατρικῆς
ἀσεβείας. ἀποστέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν μέγαν Ἠλίαν δύο
πεντηκόνταρχοι μετὰ σοβαρότητος καλοῦντες αὐτὸν ἐπὶ τῷ
ἐρωτηθῆναι τῆς νόσου τοῦ βασιλέως ἕνεκεν· ἐφ' ᾧ καὶ πῦρ
καταγαγὼν ἄνωθεν κατέκαυσεν αὐτούς. ἀλλ' ἐνταῦθα οἱ
ὠμότητα τοῦ προφήτου κατηγοροῦντες αὐτοῦ κατηγοροῦσι τοῦ C
θεοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ τὰ πάντα. στέλλεται οὖν τρίτος πεν-
τηκόνταρχος, καὶ ἠπίοις λόγοις χρησάμενος τὴν τιμωρίαν
διέφυγεν. κατερχόμενος οὖν καὶ συναντήσας τοῖς ἀποσταλεῖ-
σιν ἐπὶ τὰ εἴδωλα εἶπε „παρὰ τὸ μὴ εἶναι θεὸν ἐν Ἰσραήλ,
πορεύῃ ζητῆσαι μυῖαν θεὸν Ἀκαρῶν; ἡ κλίνη ἐφ' ἧς ἀνέ-
βης, οὐ καταβήσῃ." ἴστωσαν οὖν ἐντεῦθεν οἵῳ κρίματι πε-
ριπίπτουσι, καὶ ὅπως ἀγανακτεῖν παρασκευάζουσι τὸν θεόν,
οἱ τὰς ἐλπίδας αὐτῶν ἀστρολόγοις καὶ μάντεσιν ἀναθέμενοι. D
ἄξιον δὲ θρηνῆσαι τῶν δυσσεβῶν τὴν ἀλογίαν. οὐ γὰρ μό-
νον τὰ μέγιστα τῶν ζώων ἐθεοποίησαν, ἀλλὰ καὶ τὰ σμικρό-
τατα καὶ μύσους μεστά. τί γὰρ μυσαρώτερον μυίας; ἀλλ'
ὅμως καὶ τὴν εἰκόνα ταύτης θεὸν ἀνηγόρευσαν, καὶ ἣν ζῶ-
σαν ταῖς ῥιπίσιν ἐλαύνουσι, ταύτης τὸν τύπον θεὸν ὠνομάκασιν.

sepulturam a morte consecutus est. nimirum reapse formidabile est in dei viventis manus incidere (Hebr. 10 31).

Successit in regno filius Ochozias, et ipse paternae impietatis aemulator. hoc tempore missi sunt ad magnum illum vatem Eliam duo quinquagenum militum praefecti, qui eum superbe arcessunt de regis morbo consulendum. tum ignem ille caelitus deducens universos concremavit. hoc loco qui crudelitatem vatis accusant, deum ipsum criminantur: nam per eum haec omnia facta sunt. tandem et tertius quidam militum quinquagenum praefectus ablegatur, qui vatem mitibus verbis allocutus supplicium quo priores adfecti fuerant evasit. quamobrem vates de monte descendens, cum incidisset in homines ablegatos a rege ad consulendos deastros, huiusmodi verba protulit (4 Reg. 1 16): „quandoquidem delinquere non dubitasti, et quasi deus apud Israelicos nullus foret, muscam Accaronis deum consuluisti, ex eo lecto, quem semel iam conscendisti, non evades." de quo licet aestiment quali iudicio et poena pereant, quantamque dei concitent in se iracundiam, qui spes suas in astrologos et vates collocant. estque adeo non abs re deploranda hominum impiorum bruta fatuitas. non enim tantum olim illi maxima quaevis animalia pro diis habuerunt, sed etiam minima, eaque piacularia. nam quid, obsecro, musca potest esse foedius et abominabilius? nihilominus illi muscae simulacro divinitatem tribuerunt; quamque vivam flabellis abigebant, eius imagini appellationem dei concesserunt.

Ὁ δέ γε τῶν προφητῶν κορυφαῖος Ἠλίας, ὁ παρρησίαν
ἔχων τοσαύτην ὥστε καὶ πρὸς Ἀχαὰβ οὕτως εἰπεῖν „ζῇ κύ-
ριος ὁ θεός μου, εἰ ἔσται τὰ ἔτη ταῦτα δρόσος ἢ ὑετὸς εἰ
μὴ διὰ λόγου στόματός μου," ὁ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βάαλ ἐπὶ
P. 191 τοσοῦτον καταισχύνας ὥστε καὶ πάντας αὐτοὺς τῇ προτροπῇ
αὐτοῦ παρὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀποκτανθῆναι, ἵνα μήτι πάθῃ
ὑπέρογκον, τοσοῦτον παρὰ τῆς Ἰεζάβελ συγχωρεῖται διώκε-
σθαι ὡς καὶ πρὸς τὸν θεὸν εἰπεῖν „ἱκανούσθω δή, λάβε τὴν
ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ. μὴ κρείσσων ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας
V. 148 μου;" ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς ἅγιος ὢν ὁ προφήτης καὶ κατὰ
νόμον πολιτευόμενος ἤσθιε τὴν διὰ κοράκων τροφήν. αὐτὸς
ὁ νομοθέτης ταύτην αὐτῷ διὰ τῶν κοράκων προσέφερε, καὶ
B ἄρτον μὲν ἕωθεν, δείλης δὲ κρέα. οἱ γὰρ νόμοι οὗτοι διὰ
τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀσθένειαν ἐτέθησαν. καὶ γὰρ καὶ Σαμ-
ψὼν διὰ μὲν τὴν μέθην καὶ τὴν λαγνείαν ἐγυμνώθη τῆς χά-
ριτος, φαγὼν δὲ τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος, ὃ ἐν νεκρῷ λέοντι
ἐξύφαναν μέλισσαι, κατηγορίαν οὐδεμίαν ἐδέξατο.

Πρόσεχε δέ, ἀγαπητέ. ἡνίκα προσῆλθε τῇ Σαραφθίᾳ ὁ προφήτης καὶ ἄρτῳ ἐδεξιώθη αὐτοσχεδίῳ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ, τοῖς ἀγγείοις ἐκείνοις ἐπηύξατο οὕτως εἰπὼν „ἡ ὑδρία τοῦ ἀλεύρου οὐκ ἐκλείψει, καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ

20. ὑπηύξατο P.

Caeterum ille vatum princeps Elias, cui tanta libertas oris erat ut huiusmodi verbis Achaabum alloqueretur (3 Reg. 17 1) „ita vivat dominus deus ille meus, ut annis hisce nec rorem nec pluviam habituri sumus, nisi me iubente," qui praeterea Baalis sacrificos tanto pudore adfecit ut omnes etiam ipso exhortante ab Israelitis occiderentur, Elias ergo, ne quam in superbiam fastumque prolaberetur, tantum permittente deo persecutionis est a Iezabele perpessus, ut etiam deum his verbis appellaret (3 Reg. 19 4) „tandem satis hoc esto tibi, vitam quaeso meam mihi auferto. egone meis maioribus praesto?" possit autem mirum alicui fortasse videri, qui factum sit ut vates hic, vir omnino sanctus et legis e praescripto se gerens, cibum a corvis praebitum comederet. nimirum ipse legislator eum per corvos sic alebat, ut matutino quidem tempore panem, vespertino carnes acciperet. leges hae scilicet propter Iudaeorum imbecillitatem latae fuerunt. iccirco videmus Samsonem propter temulentiam lasciviamque divinitus sibi concesso beneficio fuisse spoliatum, cum nequaquam propterea culpetur quod favum mellis ab apibus in leonis cadavere congestum comederit.

Hoc etiam, dilecte fili, factum scito. cum Saraphtiam vates Elias pervenisset ac famis tempore qualicunque pane exciperetur, huiusmodi votum de vasis ipsis concepit (3 Reg. 17 14) „hydria qua farina continetur, ne deficiat, et cadus olei nunquam minus habeat." fue-

ἐλαττονήσει." ἀλλ' ἐνταῦθα ζητῆσαι ἄξιον εἴπερ ἀληθῶς ἐν τῷ καμψάκῃ ἐκείνῳ ἔλαιον ἦν. ἔγωγε γὰρ τοῦ προφήτου C ἀκούων λέγοντος „καὶ ὁ καμψάκης τοῦ ἐλαίου οὐκ ἐλαττονήσει, ἕως οὗ δώσει τὸν ὑετὸν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς" οὐκ οἶμαι τὸν προφήτην περὶ ἐλαίου εὔξασθαι. τοσούτου γὰρ ὄντος αὐχμοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκλειπόντων τηνικαῦτα τῇ ἀνυδρίᾳ, τίς ἡ ὠφέλεια εἴπερ ὁ καμψάκης ἐπήγαζεν ἔλαιον; οὐκ ἦν λοιπὸν ὁ καμψάκης ἐκεῖνος ἐλαίου καμψάκης, ὅτι μηδὲ χρεία ἐλαίου τοῖς ἕνεκεν ὕδατος κάμνουσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ ἔλαιον ἀγαλλίασιν ὑπεμφαίνει παρὰ τῇ γραφῇ, διὰ τοῦτο καμψάκην ἐλαίου τὸν καμψάκην ἐκεῖνον ὁ προφήτης ἐκάλεσεν. D οὐδὲ γὰρ ἕτερον ἀγαλλίασιν ἐπὶ τοσοῦτον εἰσφέρει ὡς αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐν αὐχμώδει καιρῷ. καὶ πειθέτω σε ἡ ἁγία γραφὴ μέλι τὸ ὕδωρ καλέσασα. οἱ γὰρ Ἑβραῖοι δίψει συσχεθέντες ἀφορήτῳ κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ ὕδωρ εὑρόντες, μέλιτος ἐδόκουν ἐμπίμπλασθαι. πρὸς γοῦν τὴν διάθεσιν τῶν πινόντων ἀφορῶσα ἡ γραφὴ μέλι ὕδωρ ἐκάλεσεν.

Μετὰ δὲ ταῦτα κρατεῖ Ἰωᾶς, ὃς ἐποίησε τὸ εὐθὲς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πάσας τὰς ἡμέρας Ἰωδάε τοῦ ἀρχιερέως. οὗτος ζήσας ἔτη ρλ' καὶ θανὼν θήκης ἠξιώθη βασιλικῆς. αὐ- P. 192 τοῦ δὲ θανόντος ἐξέκλινεν Ἰωᾶς εἰς ἀσέβειαν. ἐφ' ᾧ καὶ στέλλονται προφῆται πρὸς αὐτὸν τὸν Ἰωᾶν, μεθ' ὧν καὶ ὁ

rit autem heic operaepretium quaerere num reapse in illo cado fuerit oleum. equidem cum vatem dicere audio „cadus olei nunquam minus habeat, donec huic regioni deus pluviam suam concesserit," nequaquam existimo vatem hoc de oleo votum concepisse. nam cum tantus esset aestus, hominesque propter aquae inopiam id temporis perirent, quid quaeso fructus attulisset, si cadus oleum de perpetuo quasi fonte quodam suppeditasset? de quo licet intelligere non fuisse cadum illum plenum oleo, quandoquidem oleo non indigebant qui aquae penuria graviter laborabant. verum certa quadam de causa cadum illum vates olei cadum appellavit. non enim quicquam esse potest quod homines tantopere possit exhilarare ut aqua magni alicuius aestus tempore. licet hoc de sacris literis intelligas, quae alicubi aquam mel nuncupant: nam cum Hebraei adfligerentur intolerabili quadam in solitudine siti, aqua reperta melle satiari se putabant. quo fit ut respicientes litterae sacrae ad illorum adfectionem qui aquam hauriebant, eam ipsam appellatione mellis dignatae sint.

Secundum haec imperio potitus est Ioas, qui erga deum se recte gessit, quamdiu pontifex maximus Ioiadas superstes fuit; qui cum annis centum et triginta vivendo expletis fato functus fuisset, tantum honoris est consecutus, ut regio sepulcro inferretur. cum autem rebus humanis exemptus esset, ad impietatem deinde rex Ioas deflexit.

τοῦ Ἰωδάε Ζαχαρίας, ὃν καὶ κατέλευσαν ἔνδον τοῦ ὑπαίθρου ἐν τῷ ναῷ. καὶ ἀποθνήσκων εἶπεν „ἴδε, κύριε, καὶ κρῖνε." καὶ οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως· ἀρρωστίᾳ γὰρ περιπεσὼν ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἐσφάγη. ὁ δὲ τούτου υἱὸς Ἀμασίας βασιλεύσας καὶ τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ τοὺς Ἰδουμαίους νικήσας καὶ τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἀνδραποδίσας ὕστερον ἱερούργει αὐτοὺς ὁ ἀνόητος ἐτίμησε, τὴν νίκην αὐτοῖς λογισάμενος. B πρὸς ὃν ὁ προφήτης „ἔγνων ὅτι ἐβουλεύσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε·" ὁμοίως γὰρ πατρὶ ἐτελειώθη.

Ἐπαινεῖ δὲ τὸν Ὀζίαν ἡ θεία γραφή· „ἦν" γάρ φησιν „ἐκζητῶν τὸν κύριον ἐν φόβῳ κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ζαχαρίου." μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιθυμήσας εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἄδυτα καὶ θυμιᾶσαι, καὶ ἐλεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ὀγδοήκοντα ἱερέων. εἶπον γὰρ πρὸς αὐτὸν „οὐκ ἔξεστί σοι, Ὀζία, θυμιᾶν, ἀλλὰ τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρών·" ὁ δὲ „οὐχὶ βασι- V. 149 λεύς εἰμι καὶ ἁλουργίδα βασιλικὴν περιβέβλημαι;" ἐλεπρώθη C οὖν ἐπὶ τούτῳ. ἐντὸς δὲ τούτου καθημένου διὰ τὴν λέπραν, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωαθὰμ τὴν βασιλείαν διιθύνων ἦν. ἕτερος δὲ Ζαχαρίας ἦν ὁ τοῦ Ἰωδάε, ὃν Ἰωᾶς κατέλευσε, καὶ ἕτερος ὁ ἐπὶ τοῦ Ὀζίου. οἶμαι δὲ τοῦτον εἶναι, φησὶ Θεοδώρητος, περὶ οὗ πρὸς Ἡσαΐαν ἔφη ὁ κύριος „ποίησόν μοι μάρτυρας

1. κατέλευσεν F, κατελίθωσαν margo P. 6. ἱερουργίᾳ? 19. κατέλευσε] κατελίθωσε P.

quam ob causam vates nonnulli ad eum ablegantur, quos inter et Ioiadae pontificis filius Zacharias fuit, quem Ioas rex in parte templi sub dio sita lapidibus adobruit. cum moreretur, huiusmodi verbis usus est (2 Paral. 24 22) „inspicito haec, domine, ac punito." neque petitio ipsius irrita fuit: nam rex in morbum cum incidisset, suis a subditis est interfectus. eius filius Amasias cum regnum occupasset et ope divina victoriam de Idumaeis reportasset eorumque divos evertisset, tandem fatuus homo consecratos religiose coluit et partam victoriam ipsis acceptam retulit. quapropter ei vates quidam denuntiavit statuisse deum Amasiam e medio tollere (2 Paral. 25 16). neque multo post consimili mortis genere quo pater extinctus est.

Celebrant deinde litterae sacrae regem Oziam, nimirum quod dei studiosus et metuens fuerit, quamdiu Zacharias fuerit superstes. ab eo tempore incensus est libidine quadam ingrediundi adyta et suffitum in eis faciendi; quo in conatu a pontifice ac sacerdotibus 80 reprehensus, qui dicerent nequaquam ipsi fas esse suffitum ut istic faceret, cuius rei posteris Aaronis sacerdotibus ius esset, lepra correptus est. cum autem leprae causa domi conclusus delitesceret, Ioathamus ipsius filius regnum administrabat. ac Zacharias hic, qui Ozia regnante vixit, alius fuit ab Ioiadae pontificis filio, quem Ioas rex lapidibus obruit. Theodoritus ait existimare se Zachariam hunc illum ipsum esse, de

πιστοὺς ἀνθρώπους, τὸν Οὐρίαν τὸν ἱερέα καὶ Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου."

Ἄχαζ δὲ ὁ τοῦ Ἰωάθαμ πάντας ὑπερενίκησε τῇ ἀσεβείᾳ, ἐφ' ᾧ καὶ πολλὰ κακὰ εὕρατο. καὶ οὐδὲ οὕτω συνῆκεν, ἀλλὰ „ζητήσω" ἔλεγεν „τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τοὺς τύπτοντάς με, καὶ θύσω αὐτοῖς, καὶ ἀντιλήψονταί μου." ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ διῆγεν ἐν πυρί. τί δὲ τοῦτό D ἐστιν; ὡς μὲν Ἰώσηπος ἱστορεῖ, ἕνα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ὡλοκαύτωσε τῷ Βάαλ. ἐγὼ οἶμαι, φησὶ Θεοδώρητος, τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος ἐντεῦθεν αἰνίττεσθαι. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἔτους πυρὰς ὁρῶμεν ἀναπτομένας, καὶ ταύταις τινὰς ὑπεραλλομένους παῖδάς τε καὶ ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ βρέφη παραφερόμενα διὰ τῆς φλογὸς ὑπὸ τῶν μητέρων αὐτῶν. ἐδόκει δὲ τοῦτο ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. ταύτην οἶμαι κατὰ τοῦ Ἄχαζ γεγενῆσθαι τὴν κατηγορίαν, ὃν καὶ ἀποθανόντα τιμῆς βασιλικῆς οὐκ ἠξίωσαν.

Ἐζεκίας δὲ ὁ τούτου υἱὸς τὴν ἀκροτάτην κατώρθωσεν P. 193 ἀρετήν, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησε Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν συνέτριψεν, ὃν ἐποίησε Μωσῆς· ἕως γὰρ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ θυμιῶντες αὐτῷ. καὶ ἄλλην πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ

12. ὑπερβαλλομένους F.

quo dominus ad Esaiam verbis hisce mentionem fecerit (Is. 8 2) „adhibeto mihi testes, viros fide dignos, Uriam sacerdotem et Zachariam Barachiae filium."

Post hunc Achazus Ioathami filius impietate cunctos superavit. ac ne sic quidem prudentior factus „quaeram" inquit „deos gentiles, qui me flagellant, eisque sacra faciam, ac impetrabo tandem ut opem mihi ferant" quinetiam liberos suos per ignem traiecit. quid autem istuc verbum sibi quaeso vult? Iosephus tradit Achazum quendam suorum filiorum Baali calido sacrificio concremasse. verum Theodoritus aliter censet. „arbitror," inquit, „hisce verbis significari speciem quandam erroris, qui ad nostra usque tempora duravit. videmus enim semel in anno rogos accendi, quibus iniiciantur pueri quidam et viri. quinetiam infantes ab ipsis matribus per flammam transportantur. quae res videtur esse quasi quaedam averruncatio et lustratio. hanc ob causam Achazum ipse reprehendi putat, quem morte sublatum regio funere sui non cohonestarunt.

At filius ipsius Iezechias summa virtute praeditus fuit, omniaque praestitit quae olim Davides, unus ex maioribus ipsius, praestiterat. inter alia serpentem aheneum a Mose factum attrivit. nam ad illa usque tempora suffitum ei faciebant Israelitae. idem summam templi curam habuit cumque sacerdotes mactandis victimis non sufficerent,

ναοῦ. τότε δὴ τῶν ἱερέων μὴ ἐξαρκούντων εἰς τὰς θυσίας, ὡς ἡ τῶν Παραλειπομένων βίβλος φησί, συνεβοήθησαν καὶ οἱ Λευῖται. ὅπερ καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν· πρεσβυτέρου γὰρ μὴ παρόντος καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. τοῦ Σεναχηρεὶμ
B στρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ, ἀπέστειλε πρὸς Ἠσαΐαν λέγων „ἡμέρα θλίψεως καὶ ἐλεγμοῦ καὶ παροργισμοῦ ἡ ἡμέρα αὕτη, ὅτι ἦλθον οἱ υἱοὶ ἕως ὠδίνων, καὶ ἰσχὺς οὐκ ἔστι τῇ τικτούσῃ." ἐμπιπράμεθα, φησί, καὶ ἐξαπτόμεθα τῷ θυμῷ τῶν τοῦ Ῥαψάκου βλασφημιῶν ἀκούσαντες· κολάσαι δὲ τοὺς δυσσεβεῖς οὐ δυνάμεθα. ἔλεγε γὰρ ὁ Σεναχηρεὶμ διὰ τοῦ Ῥαψάκου „μὴ ἀπατάτω σε ὁ θεός σου ἐφ' ᾧ πέποιθας." ἀλλ' ὁ θεὸς ἀνελθόντι τῷ βασιλεῖ εἰς τὸν ναὸν καὶ εὐξαμένῳ αὐτίκα στέλλει τὸν Ἠσαΐαν, μηνύων τὰ ἐσόμενα αὐτῷ χρηστά. τηνικαῦτα
C καὶ γὰρ ἔλεγεν „ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου." ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃ Ἐζεκίας ὅτι διὰ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην ἡ δέησις αὐτοῦ εἰσηκούσθη, ταῦτα λέγει κύριος. ἐμάθομεν οὖν ἐντεῦθεν ὅτι καὶ τεθνηκότες οἱ δίκαιοι τῶν ζώντων προΐστανται. ὁ μέντοι Ἐζεκίας καὶ τῷ θεῷ ἐθάρρει καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισέφερε. καὶ πρῶτον τὰς πρὸ τῆς πόλεως πηγὰς ἐνέφραξεν, ἔπειτα τοὺς πύργους ἀνέστησεν εἰς ὕψος, καὶ προτείχισμα προσῳκοδόμησεν

ut in Omissorum libro narratur (2 Paral. 30 15), Levitas eis operas subsidiarias facere iussit, quod quidem nunc etiam fieri videmus: nam cum senior non adest atque usus ita postulat, etiam diaconus requirenti baptismum impertiri cogitur. cum autem Senacheribus expeditionem adversus ipsum suscepisset, ad Esaiam cum hisce verbis misit (4 Reg. 19 3) „dies angustiae et explorationis et iracundiae hodiernus dies est. nam partus quasi quidam instat, nec matri tantum est virium ut eniti possit." quibus verbis hoc scilicet voluit: ardent animi et ira succensi sunt, ex quo Rapsacis blasphemias audivimus; neque tamen impios homines poenis adficere possumus. iusserat enim Senacheribus ei per Rapsacem dici ne se decipi a deo suo pateretur, cuius ope fretus esset. verum deus progresso in templum regi atque ibi precato vatem Esaiam mox adesse iubet, ac futuram ipsi prosperitatem significat, huiusmodi usus inter alia verbis „propugnabo hanc urbem tam mea quam Davidis famuli mei causa." quae quidem ita divinitus prolata sunt, ne putaret Iezechias orationem suam iustitiae causa, qua praeditus erat, exauditam esse. praeterea licet hinc intelligere iustos homines etiam vita functos viventium patronos agere. caeterum Iezechias et fidebat deo et suam quoque diligentiam adhibebat. primum enim fontes, qui ante urbem erant, obstruxit; deinde turres in altum excitavit, itemque munitionem quandam aliam aedificavit. deinde ac-

ἕτερον. τότε συνέβη καὶ τὰ πρὸς θάνατον μαλακισθῆναι αὐ-
τόν, ὥστε ταπεινωθέντα ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, ὡς ἐν τῇ V. 150
βίβλῳ τῶν Παραλειπομένων ἱστόρηται· „καὶ ἐταπεινώθη" D
γάρ φησιν „Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ." τοῦ
γὰρ πατρὸς αὐτοῦ Ἀχὰτζ τὴν προφητείαν δεξαμένου „ἰδοὺ
ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει" αὐτός τε ἐνόμισεν εἶναι ὁ Ἐμμα-
νουήλ, καὶ ὡς εἰς αὐτὸν τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἐκβήσεται· ἐφ'
ᾧ παρθενίαν ἀσκῶν γάμοις ὁμιλῆσαι οὐκ ἤθελεν. ἀλλὰ καὶ
τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἰδὼν ἀπώλειαν (ὑπ' ἀγγέλου καὶ γὰρ
ἐν μέσῃ νυκτὶ πε' χιλιάδες ἀνῃρέθησαν) ἐπηύξανε μᾶλλον τὴν
αὐτοῦ ἀπόνοιαν. ἐφ' ᾧ συνετίζεται παρὰ κυρίου, σήψει πο-
δὸς ὑποβληθείς· σημεῖόν τε δίδωσιν αὐτῷ ὡς οὐκ ἀποθα-
νεῖται οὕτως ἔχων. „ἰδοὺ ἐγὼ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀνα- P. 194
βαθμῶν οὓς κατέβη ὁ ἥλιος τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς τοῦ οἴκου
τοῦ πατρός σου." φασὶ γὰρ τὸν Ἄχατζ ἐκ μηχανῆς τινὸς ἐν
τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀναβαθμοὺς κατασκευάσαι τινὰς οἷον ὡρολο-
γοῦντας καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἐκμετροῦντας. τότε λοι-
πὸν ὁ θεὸς εἰς πίστιν τῶν λεγομένων (προσετίθη γὰρ αὐτῷ
καὶ ἕτερα ζωῆς ἔτη πεντεκαίδεκα) ἀνόπιν ἰέναι ποιεῖ τὴν τοῦ
ἡλίου σκιάν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἐζεκίας ἀπὸ δυσμῶν τοῦ βίου ἐπὶ
δευτέραν ἀρχὴν ἐπαλινδρόμει ζωῆς· ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ ἡλίου B
σημεῖον, καὶ οὐχ ἕτερον, δίδωσιν ὁ θεός. γίνεται οὖν ἡ

10. πε' F, ρπε' Labbeus.

